HOMERI
ILIADOS
LIBER PRIMUS.

In quo ſingularum vocum ſignificationes, compoſitiones ac derivationes annotantur: Dialecti clarè & diſtinctè exponuntur: Synonyma multis locis adjiciuntur: Particularum varii ac elegantes uſus demonſtrantur: Phraſes & Sententiæ ex ipſo textu deliguntur: Græciſmi paſſim occurrentes explanantur: Fabulæ & Hiſtoriæ nominum propriorum enarrantur: omnia denique, quæ huc pertinere videbantur, ita continentur, ut is facilè à quovis intelligatur, methodúſque vera Lingvam Græcam tum docendi, tum diſcendi habeatur.

Studio & Operâ *Georg. Sylvani.* Pan. Med.

LONDINI,

Typis *Johannis Heptinſtall*, Impenſis Authoris. 1685.

Edmund Isham, His B.
Mar: 20
1703/4

2

HOMERI
ILIADOS
LIBER PRIMUS.

In quo ſingularum vocum ſignificationes, compoſitiones ac derivationes annotantur: Dialecti clarè & diſtinctè exponuntur: Synonyma multis locis adjiciuntur: Particularum varii ac elegantes uſus demonſtrantur: Phraſes & Sententiæ ex ipſo textu deliguntur: Græciſmi paſſim occurrentes explanantur: Fabulæ & Hiſtoriæ nominum propriorum enarrantur: omnia denique, quæ huc pertinere videbantur, ita continentur, ut is facilè à quovis intelligatur, methodúſque vera Lingvam Græcam tum docendi, tum diſcendi habeatur.

Studio & Operâ *Georg. Sylvani.* Pan. Med.

LONDINI,

Typis *Johannis Heptinſtall*, Impenſis Authoris. 1685.


BRITISH MUSEUM

Illuſtri ac verè Nobili viro,
D. D. Jacobo Langhamo,
Equiti Aurato & Baronetto.

Maximo hâc ætate Literarum Literatorúmque Patrono : Lingvæ Latinæ & Græcæ peritiâ clariſſimo : eximiâ Latinè loquendi facultate alteri Tullio : Muſarum Honori, Virtutum Amori, Patriæ Decori

AUTOR

Perpetuam fœlicitatem ex animo vovet,

ET

Hoc opus Homericum tanquam munus Literarium, amoris, honoris & gratitudinis ergo, humiliter offert, dicat, dedicat, conſecrátque.

ʼΙΛΙΑʹΔΟΣ ʼΑ ʽΟΜΗʹΡΟΥ ʽΡΑΨΩΔΙʹΑΣ.

ʼΙλιάδ☉-, ab ʼΙλιὰς, ἡ, Ilias. Quo nomine hoc opus vocatur, quòd contineat bellum ob raptum Helenæ, inter Græcos & Trojanos geſtum apud Ilium Phrygiæ minoris urbem, quam TROS Ili & Ganimedis pater, cùm Phrygibus imperaret, (teſte Sutdâ) condidit, eámque de ſuo nomine Trojam, de Ili autem filii ſui nomine Ilium appellavit.

ʼΑ idem eſt, quod πρώτη δηλονότι βίβλ☉-, primus *ſcilicet liber*. Notum eſt Græcos pro notis arithmeticis uti literis alphabeticis.

ʽΟμήρȣ ab ʺΟμηρ☉-, ὁ, Homerus Poëta celeberrimus. Dicitur quaſi ἀπὸ τȣ ὁμȣ εἴρειν, à ſimul jungendo, quòd in bello inter Smyrnæos & Colophonios geſto obſes datus partes de ſe mutuò dubitantes ad fidem ſibi ipſis firmiter habendam junxit: vel dicitur quaſi ὁ μὴ ὁρῶν, qui non videt, vel cæcus eſt, non quòd revera uſu oculorum deſtitueretur, ſed quòd referente Svidâ non fuerit victus cupiditate, quæ per oculos incipit.

Ραψῳδίας à ῥαψῳδία, ἡ, Rapſodia, ſeu contextura carminum præſertim Heroicorum. Vocatur autem ita, quòd ſparſam ac diſſolutam priùs hanc poëſin nonnulli congeſſerunt ac redegerunt in corpus. Fit ex ῥάπτω, ſuo, texo, vel contexo, & ᾠδὴ, cantus, carmen, è poëtico ἀοιδὴ, ἡ, cantilena, carmen, α & ο in ω contracto, & ἰῶτα ſubſcripto: ἀοιδὴ verò fit à perfect. med. ἤοιδα verb. poët. ἀείδω, cano, quod vide infra verſu 1. Hinc fit ʽΡαψῳδὸς, is, qui carmina recitat: unde ῥαψῳδοὶ ideò dicti ſunt, quia recitabant carmina è Theatro, Iliada quidem ſchemate rubro, ob cædes Trojanorum; Odyſſæam verò cæruleo propter Ulyſſis errores in mari.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος
Οὐλομένην, ἣ μυρί' Ἀχαιοῖς ἄλγε' ἔθηκε·
Πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν
Ἡρώων, αὐτοὺς δ' ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Iram cane dea Peidæ Achillis
Perniciosam, quæ infinitos Græcis dolores fecit,
Multásque fortissimas animas orco demisit
Heroum, ipsos autem prædam fecit canibus
Avibúsque cunctis. Jovis enim perficiebatur voluntas.

1. Μῆνιν, à *μῆνις, ιος, ἡ*, ira *permanens, inveterata, gravis.* Fit, ut quidam volunt, vel à *μένω*, maneo. Fut. *μενῶ*. Aor. 1. *ἔμεινα*, &c. vel à *μαίνομαι*, insanio, furo. Fut. *μανοῦμαι*. Perfect. med. *μέμηνα*, unde *μῆνις*, quia *ira est furor* brevis: vel fit à *μήνη, ἡ*, luna, ut *μῆνις* sit quasi amentia lunatica, ísque, qui eà afficitur, lunaticus appelletur; certis enim horis insano quodam furoris impetu fertur: vel denique fit à *μὴ* & *ἡνία, ἡ*, frænum, ut *μῆνις* sit *ira effrænis.* Ἄειδε poët. pro ᾆδε à verb. poët. *ἀείδω*, cano. Imperfect. *ἤειδον*, & Ion. sine augmento *ἄειδον*, canebam. Perfect. med. *ἤοιδα*· unde *ἀοιδὴ*, & hinc contractè *ᾠδὴ, ἡ*, cantus, &c. Fit autem hoc verb. ex *α* epitatico, & verb. *εἴδω*, scio. Quia hæc vox pertinet maximè ad Poëtas, quibus multarum rerum scientia attribuitur; ex eorum enim monumentis prima manavit philosophia. Ex *ἀείδω* per crasin apud oratores fit *ᾄδω, α*, & *ε* in *α* contracto, & *ἰῶτα* subscripto. Hinc Ἄδειν *μῆνιν*. Canere iram, vel canere de ira. Virg. *Arma virúmque cano.* Salust. *Canere laudes egregias summorum hominum.* Cic. *Canere de virtutibus clarorum hominum.* Θεὰ, dea, v. f. à *θεὰ, ᾶς, ἡ*, dea scil. Musa Calliope omnium musarum præstantissima, & carminis Heroici inventrix, ut Græcorum testatur versiculus: Καλλιόπη σοφίην ἡρωΐδος εὗρεν ἀοιδῆς. Ingeniosum carminis Heroici artificium Calliope invenit. Fit autem *θεὰ* à *θεὸς*, deus. Vid. vers. 8. Πηληϊάδεω Ionic. & Poët. pro *πηλείδου*, ubi *ει* in *ηϊ*, & *ου* in *εω* Ion. per diæresin solvitur; in medio verò ante ultimam syllabam

labam α per epenthesin poët. interseritur. Est a. g. s. à Πηλείδης vel Πηλεΐδης, & Ionic. Πηληΐδης, ac poët. per epenth. τȣ̃ α, Πηλεϊάδης, Pelides, seu Pelei filius. Est nomen patronymicum à Πηλεὺς, ὁ, Peleus Æaci ex Ægina Asopi Thebanorum regis filia à Jove compressa filius. Ἀχιλῆος Ion. & poët. pro Ἀχιλλέος. Ubi poët. alterum λ corripiendæ antepenultimæ syllabæ gratià per syncop. tollitur; in penultima verò Ion. η per ε ponitur. Est g. s. ab Ἀχιλλεὺς, ὁ, Achilles Dux militum in bello Trojano fortissimus. Fit, ut nonnullis videtur, vel ab α privativo & χιλὸς, ὁ, pabulum ex semine proveniens. Quia Achilles fuit ἄχιλος solà ferarum medullà à Chirone Rupice Magistro enutritus: vel παρὰ τὸ Ἄχος λύειν, à solvendo dolore; medicus enim erat: vel διὰ τὸ ἄχος μητρὶ καὶ Ἰλιεῦσιν ἐπενεγκεῖν, quòd mœrorem matri & Trojanis attulerit: vel denique dicitur quasi ἄχος λεῶ, solicitudo populi, &c.

2. Οὐλομένην, perniciosam, Poët. pro ὀλομένην, ubi in prima syllaba post vocal. ο brevem, υ ad dipthong. efficiendam producendæ syllab. gratià per epenthesin additur. Est acc. s. fœm. gener. particip. aor. 2. med. ὀλόμενος, perniciosus, vel perniciosam vim habens, à verb. ὄλλυμι, perdo, amitto, perniciem infero, perimo, occido, &c. Fut. 1. ὀλέσω ab inusit. ὀλέω Aor. 1. act. ὤλεσα Ιλ. ϐ. 115. Perfect. act. ὤλεκα. Attic. ὀλώλεκα. Perfect. med. ὦλα. Attic. ὄλωλα, perii. Fut. 2. ὀλῶ. Aor. 2. med. ὠλόμην, &c. ἣ, quæ, articul. postpositiv. fœm. vim pronom. relativ. habens. Μυρί᾽ per apostroph. pro μυρία acc. plur. n. g. adjectiv. mascul. μυρίος, ὁ, infinitus: fœmin. μυρία, ἡ, infinita: neutr. μυρίον, τὸ infinitum. Nota. μύριοι proparoxytonum pluraliter *decies mille* significat. Ἀχαιοῖς, Achæis, ab Ἀχαιὸς, ὁ, Achæus Thessaliæ rex, à quo Thessali dicti sunt Achæi vel Achivi, ponuntúrque hîc ab Homero per synecdochen ut pars pro toto. Nam non solùm Achivi sed etiam alii, qui in exercitu erant Græci, utpote Argivi, Attici, Cretenses, Bœoti & cæteri cladem sunt experti. Ἄλγε᾽ per apostroph. pro ἄλγεα ab ἄλγος, εος, τὸ, dolor, mœror, calamitas, &c. Fit ut Etymolog. vult ab ἀλέγω, curo, curam gero, solicitus sum. Ἔθηκε, fecit, vel dedit, 3. sing. aor. 1. act. verb. τίθημι, pono, statuo,

ſtatuo, colloco, propono, repono, tribuo, attribuo, aſſigno, item facio, &c. Hinc. Τιθέναι μυρία τοῖς Ἀχαιοῖς ἄλγεα vel ἄλγη. Eſt Græciſmus per periphraſin idem ſignificans, quod λυπεῖν πλεῖστα τοὺς Ἀχαιούς. Facere innumeros Achivis dolores. Cic. Nulla remedia, quæ vulneribus adhibentur, tam *faciunt dolorem*, quàm quæ ſunt ſalutaria. Item. Plurima Achivis facere mala. Plurimis, vel maximis Achivos afficere malis, &c. Sententia. Μυρία ἡ μῆνις ἄλγεα τίθησι. Ira dat multa hominibus mala. Multorum eſt ira cauſa malorum, &c.

3. Πολλὰς, acc. pl. fœm. adjectivi πολὺς, multus, frequens, amplus, præſtans, vehemens, ingens, aſſiduus, &c. Nota. Adjectiv. πολὺς ſuos caſus ab antiquo πολλὸς capit præter nominativ. ſing. neutr & acc. ſing. maſcul. & neutr. Δ' per apoſtroph. pro δὲ, que. Eſt conjunctio nunc diſcretiva, nunc ratiocinativa, nunc cauſalis, nunc copulativa ut hîc, nunc etiam expletiva & enclitica: Vid. Lucian. I, 1. Nota. Conjunctio δὲ præſertim apud Poëtas nominibus ſubſtantivis in fine juncta pro præpoſitione εἰς vel ſimili uſurpatur. Vid. verſ. 9. & 56. Ἰφθίμους acc. pl. ab ἴφθιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, fortis: ab ἶφι adverb. fortiter, & θυμὸς, οῦ, ὁ, animus: unde ablato per ſyncopen poſteriori ι ex ἶφι, & mutatâ in θυμὸς vocali υ in ι, accentúque ex poſteriori ſyllaba ablato, fit ἴφθιμος. Ψυχὰς acc. pl. à ψυχὴ, ἡ, anima, ſpiritus. Fit à perfect. med. ἔψυχα abjecto ε augmento, & α in η oxytonum mutato verb. ψύχω, ſpiro, flatu refrigero, &c. Ἄϊδι d. ſ. ab ἄϊς, ϊδος, ἡ, orcus, infernus, &c. Fit ab ἀΐδης, ου, ὁ, idem, δη per ſyncop. ſublato: hoc verò fit ex α privativo, & ἴδον aor. 2. verb. εἴδω, video. Orcus enim ſeu infernus eſt locus obſcurus. ac tenebroſus. Προΐαψεν, 3. ſ. aor. 1. act. verb. προϊάπτω, præmitto, ante tempus & quaſi fatum mitto, procul mitto: item demitto, vel ſimpliciter mitto, &c. Fut. προϊάψω. Perfect. προΐαφα, Aor. 1. act. προΐαψα, ας, ε, ac ν in fine addito προΐαψεν. Nominibus enim & verbis in ε vel ι deſinentibus, ſi vocalis vel diphthongus ſubſequatur, ν additur. Fit ex πρὸ & ἰάπτω, mitto, &c. Hinc. προϊάψαι vel προϊάπτειν τὰς τῶν Ἡρώων ψυχὰς ἄϊδι. Demittere orco, vel ad orcum animas Heroum. Virg. Æneid. 9. *Quem quiſque virum demiſerit orco.*

4. Ἡρώων,

4. Ἡρώων, Heroum, g. p. ab Ἥρως, ωος, ὁ, Heros, Semideus. Fit vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, à virtute, quà cæteris hominibus ita antecellit, ut deus habeatur: vel ἀπὸ τοῦ ἔρωτος, ab amore *videl. honesti*, qui eos à terrenis ad res cœlestes & divinas abducit: vel ἀπὸ τῆς ἔρας, à terra, quia tales fuerunt dii terrestres. Nomen hoc generaliter viris principibus, qui rebus gestis & spectatà virtute sunt celebres, passim datur; Odyss. tamen σ. 422. etiam ignobilioribus tribuitur. Αὐτοὺς, ipsos, id est *corpora ipsorum*, acc. pl. ab αὐτὸς, ipse. Est pronomen relativum & nonnunquam demonstrativ. Nota. Αὐτὸς nonnunquam reciprocè sumitur apud Atticos, promiscuéque significat, vel aliquem alium, vel seipsum. Idem pronomen cum articulo præpositivo in omni genere & casu significat *idem*, ut ὁ αὐτὸς, idem, ἡ αὐτὴ, *eadem*, &c. Idem pron. αὐτὸς cum particula σε compositum adverbium ad locum, *huc, illuc, eódem*: cum particula θεν, de loco, *hinc, illinc, isthinc, inde, ex hoc loco*; item *per se, palàm, jam inde, è re nata, ex tempore*: cum particula verò θι significat adverb. in loco, ut *illic, ibi*. Idem pronomen αὐτὸς in oratione sæpe ita ponitur, ut sub eo substantivum aliquod eleganter per ellipsin subticeatur, quod quale esse debeat, ex verbo ei adjuncto, & ex iis, quæ præcedunt, & sequuntur; conjiciendùm est. Vid. Lucian. I, 6. Δ' pro δὲ, verò, autem. Vid. supra 3. Ἑλώρια, acc pl. ab ἑλώριον, ου, τὸ, captura, præda, &c. ab ἕλωρ, ωρος, τὸ, idem: hoc autem fit ab inusitat. verb. ἕλω, capio, pro quo in usu est αἱρέω, capio, teneo, obtineo, assequor, adipiscor, intercipio, &c. quod quidem regulare est, nisi quòd mutuatur aor. 2. act. & med. & fut. 2. act & med. ab ἕλω. Τεῦχε Ion. & Poët. sine augmento pro ἔτευχε per enallag. tempor. pro ἔτευξε, à verb. τεύχω, fabricor, struo, paro, cudo, facio, &c. Fut. τεύξω. Perfect. act. τέτευχα. Passiv. τέτευγμαι, pro quo usurpatur τέτυγμαι, ξαι, κται. Aor. 1. act. ἔτευξα. Aor. 2. act. ἔτυχον, &c. Hinc. τεύχειν τινὰ ἑλώριον κυσὶ καὶ οἰωνοῖς. Facere vel exhibere aliquem prædam canibus & avibus. Κύνεσσιν Poët. pro κυσὶν d. pl. à κύων, ὁ καὶ ἡ, canis: G. τοῦ καὶ τῆς κύνος, & per syncop. κυνός. Hinc ος mutato poët. in εσσι fit d. pl. κύνεσσι, cui ν in fine additur propter vocalem subsequentem.

tem. verſ. 3. Fit à κύω, diligo, quia canis eſt animal blandiens, & domini ſui amans. Appellantur hoc nomine paſſim apud Homerum illi, qui impudentes ſunt.

5. Οἰωνοῖσί τε, avibúſque. Οἰωνοῖσι Ion. pro οἰωνοῖς d. pl. ab οἰωνὸς, ῦ, ὁ, avis devorans, ut *corvus*, *cornix*, *aquila*, *accipiter*, &c. item, *omen*, *auſpicium*, *augurium*. Fit, ut quidam volunt ab οἶος, ſolus; quia ſola eſſe amat in ſolitudine degens, & prædæ capiendæ ſolitariè inhians. Τε conjunctio copulativa, idem valet, quod Latinorum que. Eſt dictio enclitica & ſemper poſtponi ſolet. Sæpius eleganter redundat, & expletiva eſt. Nonnunquam commodiſſimè per &, *ac*, cum, tum exprimi poteſt, &c. Πᾶσι, d. pl. à πᾶς, omnis, cunctus, univerſus, totus, &c. G. παντὸς, πάσης, παντός. D. παντὶ, πάσῃ, παντί. Unde abjecto ν & τ, & aſſumpto σ, accentúque è poſteriori ſyllaba ablato, ac circumflexo in priori annotato fit πᾶσι & Poët. πάντεσσι, ος gen. ſing. in εσσι mutato. Διὸς g. ſ. à Ζεὺς, Jupiter, qui obliquos caſus mutuatur à Δὶς inuſitato D. Διΐ. Ac. Δία. V. ὦ Ζεῦ. Fit à Ζάω, vivo, quia dat omnibus animantibus vitam. Δ' pro δὲ conjunctione, quæ hìc idem valet, quod γὰρ, enim, vel nam, ut ex ſenſu orationis patet, &c. Ἐτελείετο 3. ſ. imp. verb. poët. paſſiv. τελείομαι, perficior, exitum habeo, ab act. τελείω poët. pro τελέω, perficio. Fut. τελέσω Perfect. τετέλεκα. Aor. 1. act. ἐτέλεσα, &c. à τέλος, εος, τὸ, finis. Βουλὴ, ἡ, conſilium, voluntas, decretum: item *concilium*, *ſenatus*. Fit à βούλομαι, volo, verſ. 67. vel à βου particula augmentativa & λάω, video, quòd Reipublicæ interſit conſiliarios eſſe oculatiſſimos. Deducitur etiam à βέβολα perfect. med. verb. βάλλω, metaphorà ductà à Sagittariis, &c.

Ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα διαστήτην ἐρίσαντε
Ἀτρείδης τ' ἄναξ ἀνδρῶν καὶ δῖος Ἀχιλλεύς.
Τίς τ' ἄρ σφωε θεῶν ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι;
Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός· ὁ γὰρ βασιλῆϊ χολωθεὶς
Νοῦσον ἀνὰ στρατὸν ὦρσε κακήν· ὀλέκοντο δὲ λαοί.
Οὕνεκα τὸν Χρύσην ἠτίμησ' Ἀρητῆρα
Ἀτρείδης· ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν,
Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα,
Στέμμα τ' ἔχων ἐν χερσὶν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος

Χρυσέῳ

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ· καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιοὺς,
Ἀτρείδα δὲ μάλιστα δύω κοσμήτορε λαῶν.

Ex quo sanè primùm dissenserunt contendentes
Atridésque rex virorum, & dius Achilles.
Quisnam ipsos deorum contentione commisit pugnare?
Latonæ & Jovis filius: ille enim regi iratus
Morbum in exercitu excitavit malum: peribant verò populi.
Quia Chrysen ignominià affecit sacerdotem
Atrides. Is enim venit veloces ad naves Græcorum,
Redempturúsque filiam, feréns que præclara munera,
Coronas habens in manibus eminus ferientis Apollinis
Aureo super sceptro: & precabatur omnes Achivos,
Atridas verò maximè duos Imperatores populorum.

6. Ἐξ οὗ scil. χρόνου, quod sæpius per ellipsin omittitur: ex quo, vel à quo, *scil. tempore.* ἐξ ante vocalem, ἐκ verò ante consonantem scribitur, cum solóque genitivo vario significandi modo construitur. Vide Lucian. I, 15. οὗ est g. s. articuli præpositivi ὅς. Δὴ, sanè, profectò, equidem, certè, planè, utique, prorsùs, verò, enim verò, jam, jam etiam, igitur, scilicet, nimirum, nempe, age, &c. Apud Poëtas modò præponitur, modò postponitur: apud oratores verò semper postponitur, sæpe est particula expletiva. Τὰ πρῶτα, primúm. Est Atticismus. Atticè enim adjectiva neutra tam pluralia, quàm singularia cum articulo expresso, vel implicito pro adverbiis usurpantur. Potest hîc subintelligi κατὰ, éstque periphrasis Adverb. πρώτως. Fit autem πρῶτα per contractionem ex πρότατα, quod est adjectiv. superl. grad. præposit. πρό. Διαστήτην Ionicè sublato augmento pro διεστήτην, dissenserunt, 3 sing. aor. 2. verb. Δίϊστημι, dissentio, dissideo, differo, discrepo, divido, distingvo. Fut. διαστήσω. Perfect. διέστηκα. Aor. 1. διέστησα. Aor. 2. διέστην, ης, η. Dualiter διέστητον, διεστήτην & Ion. abjecto augmento διαστήτην, &c. Fit ex διὰ & ἵστημι, statuo. Ἐρίσαντε, contendentes, nom. dual. particip. aor. 1. act. ἐρίσας, αντος, ὁ, contendens, vel is, qui contendit, à verb. ἐρίζω, contendo, certo, litigo, &c. Fut. ἐρίσω. Perfect. ἤρικα. Aor. 1. ἤρισα unde particip. ἐρίσας, &c. Them. ἔρις, ιδος, ἡ, contentio, lis.

7. Ἀτρείδης, ου, ὁ, Atrides seu Atrei filius. Est nomen patronymicum ab Ἀτρεύς. G. Ἀτρέος: unde ος mutato in ιδης fit Ἀτρείδης. Atreus fuit filius Pelopis & Hippodamiæ, rex Mycænarum, & pater Agamemnonis. Τὲ hîc expletivè ponitur. Vid. verf. 5. Ἄναξ, κτος, ὁ, rex. Tribuitur hoc nomen non solùm hominibus; sed etiam diis. Redditur nonnunquam *herus, dominus*. Odyss. ρ. δμῶες καὶ ἄνακτες, servi & domini. In vocat. facit ἄνα. Fit ab ἀνὰ & ἀΐσσω, impetu feror, transeo, quia rex cæteros superat, &c. Ejus fœmin. est ἄνασσα, ἡ, regina: hinc ἀνάσσω, regno, &c. ἀνδρῶν, g. pl. ab ἀνὴρ, ὁ, vir. G. ἀνέρος, & per syncop. ἀνδρός. Assumitur δ in obliquis contractis post ν, quia ν ante ρ propter κακοφωνίαν non scribitur. Fit ab ἀνύω, perficio, quia omnia viriliter perficit: vel ab ἄνω & αἴρομαι, tollor, elevor; quia altior solet esse, quàm fœmina. Hinc ἀνδρεία, ἡ, fortitudo, quæ virum decet. Καὶ, conjunctio copulativa varia præter & habet significata, ut *etiam, æquè, ac, atque, nam, igitur, vel, aut, sed*, *&c.* Vid. Lucian. I, 8. Δῖος, ου, ὁ, Fit à Ζεύς, ὁ, Jupiter. Genitiv. Διός, unde adjectiv. obsoletum Δίϊος, & hinc contractum in usu δῖος, dius, divus, divinus, nobilis, & quasi à Jove genitus, vel is, qui suum genus refert ad Jovem. Qualis sanè Achilles fuit. Nam Jupiter fuit Æaci pater, Æacus Pelei, Peleus Achillis. Tribuitur hoc epithetum omni viro, qui in se aliquid habet quo cæteris præcellit, & quandam præ se Jovis imaginem fert, puta, qui fortitudine, doctrinâ, genere, pietate formâ, vel probitate insignis est. Imò etiam mare ob immensam ejus vastitatem δῖον appellatur. Ἀχιλλεύς, Achilles. Vid. verf. 1.

8. Τίς, τίνος; quis? & in neutro τί; quid vel quod interrogativum est. Sed τὶς, τινὸς, aliquis, quidam, quispiam indefinitum est. Τ' pro τὲ expletivè hîc ponitur Vid. verf. 5. Ἄρ per metathesin pro ῥα. Particula expletiva hîc est, ac ornatui inservit. Σφωὲ relativè hîc ponitur pro αὐτοὺς ipsos, scil. Agamemnonem & Achillem. Moris est Græcis, præsertim Poëtis pronomen primitiv. tertiæ person. pro relativo usurpare. Est autem acc dual. ab οὗ, sui. Θεῶν, Deorum, à Θεὸς, οῦ, ὁ, Deus. Fit vel à θεάω, specto, contemplor: quia Deus revera omnia

specta

ſpectat ac contemplatur: vel à θέω inuſitato, unde eſt τίθημι, pono, ſtatuo, ſtabilio; quia Deus revera omnium rerum fundamenta poſuit, ſtatuit ac ſtabilivit: vel à θέω, fut. θεύσω, curro, quòd Deus admirabili quaſi mentis celeritate, & promptiſſimâ rerum cognitione omnia in momento percurrat: vel quòd Planetæ, qui perpetuo curſu verſantur, apud antiquos Dii dicebantur. Ἔριδι dativ. ſing. modum ſignificans ab ἔρις, ιδος, ἡ, contentio, altercatio, lis, æmulatio, &c. hinc ἐρίζω, contendo. Ξυνέηκε Attic. & Ion. pro συνῆκε, committit: ubi in antepenultima ξ pro σ Attic. ponitur; in penultima verò vocalis circumflexa ῆ in εη Ionicè reſolvitur. Iones enim Atticis contrarii nihil contrahunt, vocaléſque circumflexas & diphthongos reſolvunt. Eſt 3. ſing. aor. 1. act. verb. συνίημι, Attic. ξυνίημι, committo, intelligo. Fut. συνήσω. Aor. 1. act. συνῆκα, ας, ε. Aor. 2. σύνην, &c. Ex σὺν & ἵημι, ab ἕω, mitto. Μάχεσθαι, pugnare, vel *ut pugnent*, infin. præſens verb. μάχομαι, pugno. Fut. μαχέσομαι & μαχήσομαι & μαχοῦμαι. Perfect. μεμάχημαι. Aor. 1. med. ἐμαχεσάμην, ω, ατο: hinc μάχη, ἡ, pugna. Hinc Συνιέναι τινὰς μάχεσθαι, vel εἰς τὸ μάχεσθαι. Committere aliquos, ut pugnent, &c.

9. Λητοῦς, g. f. à Λητὼ, όος, οῦς, ἡ, Latona Cœi & Phœbes filia, quæ à Jove, ut Poëtæ fabulantur, compreſſa peperit Apollinem & Dianam. Fit à λήθω, lateo. Καὶ &. Vid. verſ. 7. Διὸς, Jovis. Vid. verſ. 5. Υἱὸς, οῦ, ὁ, filius ab ὕω, pluo, quòd fit parentum lætitia, ut terræ pluvia: vel dicitur quaſi κυὸς, à κυέω, pario, gigno, &c. Ὁ articul. præpoſitiv. pro pronom. οὗτος poſitus, *hic, is*. Nota. 1. Articulus præpoſitivus interdum pro pronomine demonſtrativo, interdum pro relativo uſurpatur, 2. Dativ. ſing. articul. præpoſitiv. fœm. τῇδε nonnunquam ſignificat adverbialiter, ut hâc, hîc, huc, hoc modo, &c. 3. Dativ. itidem neutr. gen artic. præpoſit. τῷ nonnunquam latinè redditur *quare, idcirco*. 4. Ejuſdem articuli dativus ſine accentu, ut τῳ pro τινὶ, alicui ſæpius uſurpatur. Γὰρ, enim. Eſt conjunctio cauſalis, quæ varia paſſim habet ſignificata; ut, *nam, enim, etenim, quippe, ſcilicet* ironicè, *nempe, verò, igitur, itaque, quidem*, &c. Nonnunquam abundat, &c. Βασιλῆϊ Ion. pro βασιλεῖ, η pro ε poſito. Eſt d. ſ. à βασιλεὺς, ὁ, rex. Dicitur à βάσις,

C funda-

fundamentum, & λεὼς, populus: quòd in eo populi salus sit fundata. Χολωθεὶς, iratus. Est particip. aor. 1. passiv. verb. χολόομαι, ῦμαι, irascor. Futur. χολώσομαι. Aor. 1. pass. ἐχολώθην: hinc particip. χολωθείς. Them. χολὴ, ῆς, ἡ, bilis, fel. Hinc. χολωθῆναι τῷ βασιλεῖ. Irasci vel infensum esse Regi.

10. Νοῦσον Ionic. pro νόσον, ubi in priori syllaba post vocal. ο brevem υ per epenthesin ad diphthongum efficiendam producendæ syllabæ gratiâ additur. Est. acc. s. à νόσος, ου, ἡ, morbus, item aliquando pestis. Fit quasi à νο pro νε, quod in composit. negat, & adjectiv. σόος, sanus, salvus: hinc νοσέω ægroto. ἀνὰ præposit. cum accusativo constructa varia habet significata, variéque cum eo apud Latinos redditur, ut; *per*, *in*, ut hîc, *adversus*, *sursum*, &c. Redditur interdum ablativo sine præpositione, ut, ἀνὰ πᾶν ἔτος. Singulis annis. Nonnunquam exprimitur adverbio, ut, Ἀνὰ μέρος, vicissim, &c. Quandoque adsciscit articul. à fronte subaudito à tergo participio, ut; τὰ ἀνὰ μέσον, scil. ὄντα. Ea, quæ sunt in medio, seu intermedia. Absolutè quoque usurpatur pro numero distributivo, ut, ἔλαβον ἀνὰ δηνάριον. Acceperunt singuli singulos denarios. Poëticè construitur cum dativo. Vid. vers. 15. Στρατὸν à στρατὸς, ου, ὁ, exercitus sive terrestris sive navalis. Hinc. στρατεύω, exercitum duco. Ὦρσε excitavit, à verb. ὄρω, excito, concito, suscito. Fut. ὀρῶ. Æol. ὄρσω: hinc aor. 1. act. ὦρσα, ας, ε, ut hîc. Perf. act. ὦρκα. Passiv. ὦρμαι. Fit ab αἴρω, attollo. Hinc. ὄρσειν κακὴν ἀνὰ στρατὸν νόσον. Excitare malum in exercitu, vel per exercitum morbum. Κακὴν. ac. s. fœm. adjectiv. κακὸς, malus, improbus, ignavus, timidus, &c. Fit quasi à χάζω, recedo, utpote qui à certamine pedem refert, vel quòd omnes eum fugiant. Hinc κακόω, malè afficio, &c. Ὀλέκοντο 3. p. imperf. pass. verb. poët. ὀλέκομαι, pereo, ab act. ὀλέκω, perdo, quod fit ab ὄλλυμι. Δὲ. verò, vers. 3. Λαοὶ populi à λαὸς, ου, ὁ, populus. Fit à λᾶας & crasi λᾶς, ὁ, lapis. G. λάαος, & crasi λᾶος: hinc λαὸς accent. circumfl. è prior. syllab. abject. & acuto in posteriori annotato. Fit autem ita, quòd Poëtæ fingant post inundationem mundi Deucalionis ævo populum è lapidibus retro jactis esse iterum exortum.

11. Οὕνεκα

11. Οὕνεκα pro ἕ ἕνεκα, quoniam, quòd, quia, item propter, adeò quòd, *quare, causâ.* Conftruitur cum genitivo. Τὸν χρύσην, Chryfen, à χρύσης, ου, ὁ, Chryfes, à χρυσὸς, ῦ, ὁ, aurum. Ἠτίμησ' pro ἠτίμησε, ab ἀτιμάω, dedecoro, dedecore, vel contumeliâ afficio, pro nihilo duco, nihili facio, &c. Fut. ἀτιμήσω. Perf. ἠτίμηκα. Aor. 1. ἠτίμησα, ας, ε. Fit ex α priv. & τιμάω, honoro, quod fit à τίω, honoro, honore afficio, item punio. Ἀρητῆρα, Sacerdotem, ab ἀρητὴρ, ῆρος, ὁ, Sacerdos. Fit ab ἀράομαι, precor, ut ἀρητὴρ fit quafi *precator:* hoc fit ab ἀρὰ, ᾶς, ἡ, preces, item, imprecatio, diræ, nocumentum. Ἀρὰ fit ab αἴρω, tollo. Sacerdos enim dum precatur, manus tollit in altum: vel ab ἀρέσκω, placeo, quia precibus Deo placemus.

12. Ἀτρείδης, Atrides. Verf. 7. Ὁ, hic. Verf. 9. Γὰρ, enim. Ibid. Ἦλθε per fyncop. pro ἤλυθε, ab ἔρχομαι, venio, eo, vado, proficifcor, difcedo, &c. Fut. ἐλεύσομαι. P. m. ἔλυθα. Aor. 2. ἔλυθον, ες, ε, & per fyncop. ἦλθον, ες, ε, ab ἐλεύθω inufitato. Θοὰς, celeres, vel veloces, acc. pl. fœm. adjectiv. θοὸς, ὁ, velox, celer, citus, &c. Fit à θέω, θεύσω, curro, celeriter eo. Ἐπὶ præpofit. hîc cum accufativo conftruitur, fignificátque *ad.* Cujus varia fignificata vide Lucian. I, 7. Νῆας Ion. pro ναῦς, naves acc. pl. à ναῦς, ἡ, navis. G. τῆ ναὸς & Ion. νηός. Acc. ναῦν, Poët. νηῦν, νῆα, νάα, vel νέα. Fit à νέω, nato, &c. Ἀχαιῶν, Achivorum, vel Græcorum, ab Ἀχαιός. Vid. verf. 2.

13. Λυσόμενός τε, foluturúfque, vel redempturúfque. λυσόμενος eft particip. fut. 1. med. verb. λύω, folvo, libero, redimo; item dimitto. Fut. λύσω. Perf. λέλυκα. Attic. ἐλέλυκα, &c. Τε Vid. verf. 5. Quod hîc repetitur per polyfynd. Θύγατρα, filiam, à θυγάτηρ, ἡ, filia. G. θυγατέρος, & per fyncop. θυγατρός. Oratores fyncopatis tantum utuntur cafibus, Poëtæ verò indifferenter, vel fyncopatis, vel integris, &c. Dicitur θυγάτηρ quafi θυγάστηρ, à θύω, cum impetu feror, & γάστηρ, venter. Dicuntur enim fœminæ celeriùs moveri & concitatiùs in utero, quàm mares: vel fit à θύω & γάω, quòd celeriter fuccrefcat. Φέρων, ferens, particip. verb. φέρω, fero, adfero, &c. Fut. οἴσω. Perf. med. ἦνοχα. Attic. ἐνήνοχα, tanquam ab ἐνέχω. Perfect. paffiv, ἦνεγμαι. Aor. 1. paff. ἠνέχθην.

Aor. 1. act. ἤνεγκα & poët. ἤνεικα. Aor. 2. ἤνεγκον tanq. ab ἐνέγκω. Τ' pro τὲ conjunct. Vid. verſ. 5. Ἀπερείσι' pro ἀπερείσια, infinita, innumera, acc. pl. neut. adjectiv. ἀπερείσιος, infinitus, innumerus. Fit per metatheſin ex ἀπειρέσιος, idem, quod fit ab ἄπειρος, indeterminatus, indefinitus, vel finem non habens: hoc autem fit ex α privativo & πεῖρας idem quod πέρας, τὸ, terminus, limes. Ἄποινα, acc. plur. ab ἄποινον, ου, τὸ, pretium redemptionis; vel pretium, quod loco pœnæ debitæ offertur, id enim efficit, ut captivus ſit ſine pœna. Fit ex α priv. & ποινὴ, ῆς, ἡ, pœna. Vel ſecundùm Euſtathium ἄποινα quaſi ἄφοινα dicuntur munera, quæ dantur ἕνεκα φόνου.

14. Στέμμα, coronam, acc. ſ. à στέμμα, τος, τὸ, corona, ſertum, à στέφω, corono. Fut. στέψω. Perf. ἔστεφα. Paſſ. ἔστεμμαι: hinc fit στέμμα. Τ' pro τὲ, quod vid. verſ. 5. Ἔχων, habens, particip. præſ. verb. ἔχω, habeo, teneo. Hinc, ἔχειν στέμμα ἐν χερσὶ χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. Habere coronam in manibus aureo ſuper ſceptro. Ἐν, in. Præpoſitio hæc cum ſolo dativo conſtruitur. Varios ejus ſignificandi modos vide Lucian. III, 7. Nota. Poëticè pro ea interdum ἐνὶ, interdum verò εἰν uſurpatur. Χερσὶν, d. p. à χεὶρ, ὁ, manus. G. χειρὸς, poët. χερός. Dat. pl. χερσὶ, poët. χείρεσι & χείρεσσι. Nonnunquam ſignificat brachium ab humero uſque ad extremos digitos: item ſcripturam ſeu chirographum, &c. Ἑκηβόλου, ab ἑκηβόλος, ὁ, longè jaculans, eminus feriens. Epithet. Apollin. ab ἑκὰς, longè, mutato α in η metri causâ, & βολὴ, ἡ, jactus, à βάλλω, jacio. perf. med. βέβολα: unde βολή. Ἀπόλλωνος, g. ſ. ab Ἀπόλλων, ὁ, Apollo: ab ἀπόλλυμι, perdo, quòd Apollo Pythonem interfecerit ac perdiderit, id eſt, quòd ſol diſſolverit vapores: vel ἀπὸ τοῦ ἀπολύειν τοὺς ἀνθρώπους τῶν κακῶν, quòd homines ſervet à malis, morbos ab illis depellendo.

15. Χρυσέῳ, dat. ſing. neut. adjectiv. χρύσεος, & craſi χρυσοῦς, ὁ, aureus: à χρυσὸς, ὁ, aurum. Omnia, quæ in pretio & honore Deorum habebantur, aurea dicuntur. Sacerdos autem Apollinis aureum ſceptrum geſtat; quia ſoli aurum, ut Lunæ argentum, & Marti ferrum conſecratur. Ἀνὰ, ſuper. Conſtruitur nunc cum dativ. Vid. v. 10.

Σκήπτρῳ.

Σκῆπτρῳ. d. s. à σκῆπτρον, ου, τὸ, sceptrum, baculus. Fit à σκήπτω, nitor, innitor, incumbo, quia baculis vel sceptris, dum cadimus, inniti solemus. Καὶ, &c. Vide v. 9. Ἐλίσσετο, precabatur, 3. s. imperf. verb. λίσσομαι, supplico, precor, oro. Dicitur etiam λίτομαι Attic. idem. Πάντας, omnes, acc. pl. à πᾶς. Vide vers. 5. Ἀχαιοὺς, Achivos, ab Ἀχαιός. Vide vers. 2.

16. Ἀτρείδα, Atridas. Scil. Agamemnonem & Menelaum, acc. dual. ab Ἀτρείδης. Vers. 7. Δὲ, veró. Vide vers. 3. Μάλιστα, maximè adverb. superl. grad. à μάλα, multúm. Comparat. μᾶλλον, magis, plus. Nota. μάλιστα interdum jungitur cum articulo plurali neutro τὰ, significátque *præsertim*, *præcipuè*, *maxima ex parte*. Δύω Poët. pro δύο duos, ac. dual. G. & D. facit δυοῖν & δυῶν, & in fœm. gen. δυεῖν Dat. pl. δυσὶ, &c. Fit quasi à δαίω, divido, prima enim divisio fit per numerum binarium. Κοσμήτορε, principes, acc. dual. à κοσμήτωρ, ορος, ὁ, princeps, moderator, dux, *&c.* à κοσμέω, orno, ordine dispono, quod fit à κόσμος, ὁ, ornatus, ordo, modus, ratio, disciplina, laus & mundus *propter ornatum*. Λαῶν, populorum, g. p. à λαός. Vide vers. 10.

Ἀτρεῖδαί τε καὶ ἄλλοι ἐϋκνήμιδες Ἀχαιοί.
Ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι.
Παῖδα δέ μοι λύσατε φίλην, τά δ' ἄποινα δέχεσθε
Ἁζόμενοι Διὸς υἱὸν ἑκηβόλον Ἀπόλλωνα.
Ἔνθ' ἄλλοι μὲν πάντες ἐπευφήμησαν Ἀχαιοὶ,
Αἰδεῖσθαί θ' ἱερῆα, καὶ ἀγλαὰ δέχθαι ἄποινα.
Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,
Ἀλλὰ κακῶς ἀφίει, κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε.

Atridæque & cæteri bene ocreati Achivi
Vobis quidem Dii dent cœlestes domos habentes
Depopulari Priami urbem, fœliciterque domum redire:
Filiam verò mihi solvite charam, atq; dona redemptionis ac-
Venerantes Jovis filium eminus ferientem Apollinem. [cipite,
Tunc cæteri quidem omnes comprobantes dixerunt Græci
Revererique (oportere) sacerdotem, & præclara accipere mu-
At non Atridæ Agamemnoni placebat animo. [nera.
Sed asperè dimisit, & dura mandata dedit.

 17. Ἀτρεί-

17. Ἀτρεΐδαι, voc. pl. ab Ἀτρείδης. Vid. verſ. 7. Τε que verſ. 5. Ἄλλοι v. p. ab ἄλλος, alius, &c. Ἐϋκνήμιδες, bene ocreati, v. p. ab ἐϋκνήμις, ὁ, καὶ ἡ, bene ocreatus (per ſynecdochen hîc pro bene armatus accipitur) ab εὖ & poët. per diæreſin ἐϋ & κνημὶς, ἶδος, ἡ, ocrea, à κνήμη, ης, ἡ, tibia. Ἀχαιοὶ, Achivi, Græci, ab Ἀχαιός. Vid. verſ. 2.

18. Ὑμῖν, vobis d. p. pron. σὺ, tu. Μὲν, quidem. Item equidem, at, tamen, attamen, &c. Eſt conjunct. diſcretiva, quam excipere ſolet δὲ veró. Θεοὶ, dii, à Θεός. Vid. verſ. 8. Δοῖεν Bœotic. & Æol. pro δοίησαν, dent. 3. p. aor. 2. optat. verb. δίδωμι, do. Fut. δώσω. Aor. 1. act. ἔδωκα. Aor. 2. ἔδων, &c. ab inuſit. δόω, do. Ὀλύμπια, acc. pl. neut. adjectiv. ὀλύμπιος, ὁ, cœleſtis. Fit ab ὄλυμπος, ὁ, mons olympus, & propter ſummam altitudinem apud Poëtas cœlum: Dicitur quaſi ὁλόλυμπος, totus lucens, quòd aër ibi eſt ſemper lucidus: ab ὅλος & λάμπω. Vel, ut quidam volunt, cùm pro cœlo accipitur, ab ὅλος & λαμπρὸς dicitur, quod totum cœlum ſtellis ſplendeat. Δώματ᾽ pro δώματα, à δῶμα, τος, τὸ, domus, domicilium, &c. Fit per craſin ex δόμημα, μη penultimâ ſyllabâ ſublatâ. Pro δῶμα nonnunquam δῶ indeclinabile per apocopen uſurpatur. Fit à δομέω, ſtruo, ædifico, quod fit à δέμω, idem. Ἔχοντες, habentes, incolentes, n. pl. m. particip. præſ. verb. ἔχω. Hinc. Ἔχειν τὰ ὀλύμπια δώματα. Habere, incolere, vel inhabitare domos cœleſtes.

19. Ἐκπέρσαι, expugnare, vel depopulari, infin. aor. 1. act. verb. ἐκπέρθω, depopulor, deſtruo, diripio, expugno, &c. Fut. ἐκπέρσω. Aor. 2. ἐξέπραθον per metatheſin pro ἐξέπαρθον. Fit ab ἐκ & πέρθω, vaſto, &c. & hoc à πρήθω, incendo, quòd urbes, quæ vaſtantur, incendi ſolent. Πριάμοιο Ion. pro Πριάμου, Priami, à Πρίαμος, ὁ, Priamus Rex Trojanus pater Paridis, qui Helenam rapuit. Dicitur Πρίαμος à Πρίαμαι, emo, redimo; quia eum ab Hercule captivum abductum Heſione auro redemit. Πόλιν, urbem, à πόλις, ἡ, civitas, urbs. Interdum ſumitur pro ipſa urbe muris cincta; interdum verò pro civibus in urbe habitantibus. Fit à πολέω, verſor, quòd in ea verſentur homines: vel à πολὺς, multus, quòd urbs ex mul-

tis hominibus conſtet, &c. Εὖ, adverb. bene, fœliciter. Δ' pro δὲ, veró. Vid. verſ. 3. Ὄικαδ' pro οἴκαδε domum. Adverb. ad locum. Dicitur etiam οἶκονδε, idem: ab οἶκος, ὁ, domus, & δὲ conjunct. enclitica motum ad locum hic ſignificante. Vid. verſ. 3. Ἱκέσθαι, reverti, redire infin. aor. 2. verb. ἱκνέομαι, venio, pervenio, &c. Fut. ἵξομαι. Aor. 2. med. ἱκόμην, ab ἵκομαι.

20. Παῖδα, filiam, à παῖς, δὸς, ὁ καὶ ἡ, puer & puella, filius & filia; item ſervus, &c. Δέ μοι, δὲ veró. Vid. verſ. 3. Μοι per aphæreſin pro ἐμοὶ, mihi. d. ſ. pron. ἐγώ. Amiſit accent. propter præcedent. acutitonam vocem. Λύσατε, ſolvite 2. pl. imper. aor. 1. act. λῦσον à λύω, ſolvo. Vid. verſ. 13. Φίλην, charam, dilectam, acc. ſ. fœm. adject. φίλος, amicus, charus, gratus, dilectus. Compar. φίλτερος per ſyncop. pro φιλώτερος. Superlat. φίλτατος per ſyncop. pro φιλώτατος. Fit à φιλέω, amo, diligo, oſculor. Fut. φιλήσω, &c. Τὰ idem quod ταῦτα, acc. pl. articul. præp. neut. gen. Δ' pro δὲ autem, veró. Vid. verſ. 3. Ἄποινα, munera. Vid. verſ. 13. Δέχεσθε, accipite 2. pl. imp. præſ. med. verb. δέχομαι, accipio, capio, &c. Fut. δέξομαι. P. m. δέδοχα. P. paſſ. δέδεγμαι.

21. Ἁζόμενοι, venerantes, n. p. particip. præſent. med. verb. ἅζομαι, cum reverentia timeo, veneror, colo: ab activ. ἅζω. Idem Secundùm Euſtathium derivatur à χάζω, recedo, quoniam ab eo, quem veneramur, locum vel viam ei cedentes, recedimus. Hinc. Ἅζεσθαί τινα. Venerari aliquem: revereri quempiam. Διὸς, Jovis. Vid. verſ. 5. Υἱὸν, filium, ab υἱός. Vid. verſ. 9. Ἑκηβόλον, eminus ferientem, ab ἑκηβόλος. Vid. verſ. 14. Ἀπόλλωνα. Apollinem. acc. ſing. ab Ἀπόλλων. Ibid.

22. Ἔνθ' pro ἔνθα, adverb. tempor. idem quod τότε. Sumitur etiam pro adverb. loci, hîc, illic, ibi, &c. Ἄλλοι, alii, ab ἄλλος, alius. Vid. verſ. 17. Μὲν, quidem. Vid. verſ. 18. Πάντες, omnes à πᾶς. Vid. verſ. 5. Ἐπευφήμησαν, approbârunt, &c. 3. p. aor. 1. act. verb. ἐπευφημέω, laudo, approbo. Fut. ἐπευφημήσω. Aor. 1. act. ἐπευφήμησα, &c. Ex ἐπὶ & εὔφημος, laudatus, quod ab εὖ, bene, & φημὶ, dico. Ἀχαιοὶ, Achivi, Græci, ab Ἀχαιός. Verſ. 2.

23. Αἰ-

23. Αἰδεῖσθαί, revereri (subaudi χρῆναι oportere) infin. præs. passiv. præter suum naturalem accentum, acutum in fine habens, quem ex sequenti θ' pro τε rejectum adscivit, à verbo αἰδέομαι, οῦμαι, revereor, veneror, admiror, &c. Fut. αἰδέσομαι & αἰδήσομαι: ab αἰδὼς, ἡ, pudor, verecundia: quod fit ex α priv. & ἰδεῖν, vidisse, vel videre, quòd pudor & verecundia cogat oculos avertere. Unde proverb. natum est: αἰδὼς ἐν ὀφθαλμοῖς. Ἱερῆα. Ion. pro ἱερέα, sacerdotem, ab ἱερεὺς, ὁ, sacerdos: hinc ἱέρεια, ἡ, sacerdotium, & ἱερεύω, sacrifico. Fit ab ἱερὸς, sanctus, quod ab ἵεμαι, cupio, appeto; quia sacra sunt, ut Martinius inquit, appetenda. Καὶ, &. Vid. vers. 7. Ἀγλαὰ, præclara, acc. pl. neut. adject. ἀγλαὸς, ὁ, præclarus, splendidus, &c. Fit ab αἴγλη, ἡ, splendor. Δέχθαι Ion. & poët. pro δεδέχθαι, infin. perf. passiv. verb. δέχομαι, accipio, capio. Vid. vers. 20. Ἄποινα, munera. Ibid.

24. Ἀλλ' pro ἀλλὰ, sed, verùm: item alibi *at*, *tamen*, *quare*, &c. Conjunctio ut plurimum adversativa est. Οὐκ, non. Adverb. negand. Nota. 1. Οὐ sequente consonâ, οὐκ sequente vocali tenui; οὐχ verò sequente vocali aspiratâ scribitur. 2. Sumitur pro adverb. prohibendi μὴ, ne. 3. Duæ negationes apud Græcos vehementiùs negant. Ἀτρείδῃ, Atridæ, d. s. ab Ἀτρείδης. Vid. vers. 7. Ἀγαμέμνονι, Agamemnoni, ab Ἀγαμέμνων, ὁ, Agamemnon, Atrei filius, frater Menelai, Mycænarum & Argivorum rex. Fit ab ἄγαν & μίμνω, idem quod μένω, maneo, duro, persevero, &c. Ἥνδανε placebat, vel placuit, 3. s. imperf. ind. verb. ἁνδάνω, placeo. Imperf. ἥνδανον, ες, ε. Fut. ἁδήσω ab ἁδέω. P. m. ἧδα. Attic. ἕαδα. Θυμῷ, animo, à θυμὸς, οῦ, ὁ, animus, mens, ira, &c. Fit à θύω, cum impetu feror: mens enim, cùm sit velocissima omnium rerum, celerrimè ac cum impetu quodam ad quævis fertur.

25. Ἀλλὰ, sed. Vers. præced. Κακῶς, malè, inhumaniter. Adverb. à κακὸς, malus. Vid. vers. 10. Ἀφίει, dimittebat vel dimisit, 3. s. imperf. ind. contract. ex ἀφίεε ab inusitat. ἀφίεω, ex ἀπὸ & ἵεω, mitto, pro ἀφίη, 3. s. imperf. ind. verb. ἀφίημι, dimitto, remitto, mitto, sino, relinquo. Fut. ἀφήσω. Aor. 1. ἀφῆκα. Aor. 2. ἀφῆν, ῆς, ῆ ex ἀπὸ & ἵημι, mitto. Hinc. Ἀφιέναι τινὰ κακῶς. Dimittere, amandare, vel ablegare aliquem inhumaniter vel inhumanè,

humanè, &c. Κρατερὸν acc. ſ. maſc. adject. κρατερὸς, ȣ̃, ὁ, fortis, validus, vehemens, minax & durus, &c. à κράτος, εος, τὸ, vis, robur, victoria: hinc fit κρατέω, teneo, apprehendo, fortiter impero, imperium teneo, vinco, ſum ſuperior. Δ' pro δὲ, &c. Vid. verſ. 3. Ἐπὶ præpoſit. per Tmeſin ſejungitur hîc à verb. ἔτελλε, ut ſit ἐπέτελλε mandabat, vel mandavit, 3. ſ. imperf. ind. verb. ἐπιτέλλω, mando, mandata do, impero, jubeo; item exorior. Fit ex ἐπὶ, & τέλλω, mando, &c. Hinc. ἐπιτέλλειν vel ἐπιτέλλεσθαι κρατερὸν μῦθον, Severa mandata dare. Cic. *Quamvis ſevera legatis mandata dederimus.* Μῦθον, à μῦθος, ȣ, ὁ, verbum, ſermo, fabula; item conſilium, & *mandatum* ut hîc.

Μή σε γέρον κοίλησιν ἐγὼ παρὰ νηυσὶ κιχείω,
Ἢ νῦν δηθύνοντ', ἢ ὕστερον αὖτις ἰόντα.
Μή νύ τοι ȣ̓ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο.
Τὴν δ' ἐγὼ ȣ̓ λύσω, πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισιν
Ἡμετέρῳ ἐνὶ οἴκῳ, ἐν Ἄργεϊ τηλόθι πάτρης
Ἱστὸν ἐποιχομένην, καὶ ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν.
Ἀλλ' ἴθι, μή μ' ἐρέθιζε σαώτερος ὥς κε νέηαι.
Ὣς ἔφατ', ἔδδεισεν δ' ὁ γέρων, καὶ ἐπείθετο μύθῳ.

Ne te ſenex concavas ego apud naves offendam,
Aut nunc immorantem, aut poſtea redeuntem.
Ne tibi parùm proſit ſceptrum & corona dei. [vadat
Hanc enim ego non liberabo, priuſquam ipſam ſenium in-
Noſtra in domo, in Argo longè à Patria
Telam texentem, & meum lectum ſternentem.
Quare ne me irrita, ſoſpes ut redeas.

26. Μὴ, ne. Adverb. prohibend. nonnunquam ſumitur pro adverb. negandi ȣ̓, non. Conſtruitur cum imperat. optativ. ſubjunct. & infinitivo. Interdum interrogat, redditúrque num? annon? Cum aliis negationibus vehementiùs negat. Vid. verſ. 28. Μὴ ȣ̓, μὴ ȣ̓κ, μὴ ȣ̓χὶ ſequente aliquo participio redduntur *quin niſi.* Σε, te, à σὺ, tu. Eſt enclitic. in gen. dativ. & accuſativo ſingulari. Γέρον, voc. ſ. à γέρων, τος, ὁ, ſenex. Dicitur

citur quasi γέαν ὁρῶν, quòd senes terram præ curvitate spectent: vel fit à γέρας, præmium honorarium, quia senectus est honorabilis. Κοίλησιν Ionic. pro κοίλαις. d.p. fœm. adjectiv. κοῖλος, ὁ, concavus: hinc κοιλία, ἡ, venter, ob concavitatem, &c. Ἐγὼ, ego, pron. primitivum prim. person. Παρὰ νηυσὶ, apud naves. παρὰ præpositio cum dativo juncta redditur *apud* ut hîc, *in*, *inter*, ad. Νηυσὶ Ion. pro ναυσὶ d. pl. à ναῦς. Vid. vers. 12. Κιχείω poët. pro κιχέω, offendo, invenio, deprehendo, comprehendo, &c. Dicitur etiam κίχημι & κιχάνω poët. idem. Fit quasi à χέω, capio per reduplicationem primæ literæ thematis.

27. Ἦ & poët. ἠέ. Est conjunct. discretiva, quæ præter vulgares significationes *aut*, *vel*, admittit etiam has, *an*, *utrum*, *sive*, *nam*, *enim*, *etenim*, &c. Νῦν, nunc. Adverb. temporis. Δηθύνοντ' pro δηθύνοντα, acc. s. particip. δηθύνων, ὁ, morans, vel is, qui moratur, à verbo δηθύνω, moror, immoror, tardo. Fit à δηθὰ, diu, perpetuò, & hoc à δὴν, diu. Hinc. Δηθύνειν παρὰ ναυσί. Morari, cunctari vel tardare apud naves, in navibus, vel inter naves. Ὕστερον, post, postea, posthac, vel in posterum, adject. neutr. comparat. grad. adverbialiter sumptum, à mascul. ὕστερος, posterior, sequior, inferior, quasi ὑπότερος ab ὑπό. Αὖτις, rursus: item postea, posthac. Adverb. ab αὖ, rursus. Dicitur pro eodem etiam αὖθις & αὖτε, quod vers. 236. sumitur pro δὲ, verò. Ἰόντα. venientem, redeuntem, acc. s. partic. præs. ἰὼν, ἰόντος, iens, veniens, rediens, vel is, qui it, venit, vel redit: ab εἶμι, eo, vado, venio, &c. Hinc. ἰέναι εἰς τὰς ναῦς, vel ἐπὶ τὰς νῆας. Venire, vel redire ad naves.

28. Μὴ, ne. vers. 26. Νὺ partic. apud Poëtas expletiva ac ornatui inserviens, à νῦν facta. Nonnunquam exprimitur *utique*, certè. Τοι Dor. pro σοι, tibi, à σύ. Vid. vers. 18. Dores nonnunquam pro σ ponunt τ. Οὐ, non. Vid. vers. 24. Χραίσμη auxilio, subaud. ᾖ, sit, dat. sing. à χραίσμη, ἡ, auxilium, à χραισμέω adjuvo, dictum quasi χρησιμέω, à χρήσιμος, utilis, quod à χράομαι, utor. Alii putant esse 3. s. præs. subjunct. verb.

verb. χεῖσμω, quod putant fieri à χεισμέω, &c. Σκῆπ]ρον, sceptrum. Vid. vers. 15. Καὶ, &. Vid. v. 7. Στέμμα, corona. Vid. vers. 14. Θεοῖο Ion. pro Θεȣ̃, à Θεὸς, deus. Vid. vers. 8.

29. Τὴνδ' hanc, acc. s. fœm. articul. præposit. pro ταύτην pronomine positus. δ' pro δὲ hîc expletivè ac ornatûs tantùm causâ additur. 'Εγὼ, ego, pronom. Οὐ, non. Vid. vers. 24. Λύσω, solvam, dimittam 1. f. fut. 1. act. verb. λύω. Vid. vers. 13. Πρὶν, priùs, priusquam, antequam, &c. Μὶν ipsam Dor. vel Poët. pro αὐτὴν pronomin. Nota. Μὶν pronomen indeclinabile, quod accusativi tantùm casûs est, trium generum est, & tam pluralis, quàm singularis numeri. Apud solos poëtas reperitur. Idem autem valet, quod αὐτὸν, αὐτὴν, ut hîc, αὐτὸ, ipsum, ipsam, ipsum. Et αὐτȣ̀ς, αὐτὰς, αὐτά. Ipsos, ipsas, ipsa. Fit à nominativ. inusit. ἳς (pro ὃς) cujus accusativ. est ἳν· unde præposito μ vel ν, fit μὶν & νὶν in maximo apud Poëtas usu. Καὶ, &. vers. 7. Γῆρας, τος, τὸ, senectus, senium. Sed γέρας, τος, τὸ, præmium honorarium. "Επεισιν, invadit pro invadat, 3. s. ind. præs. verb. ἔπειμι, invado: ab ἐπὶ & εἶμι, vado. Hinc. ἐπιέναι τινά. Invadere aliquem. Τὸ γῆρας τὴν γυναῖκα ἔπεισι. Senectus mulierem invadit, &c.

30. 'Ημετέρῳ d. s. pron. possess. ἡμέτερος, noster; ab ἡμεῖς, nos, n. p. ab ἐγώ. 'Ενὶ poët. pro ἐν, in. Vid. v. 14. "Οικῳ, domo, d. s. ab οἶκος, ȣ, ὁ, domus, domicilium, ædes, habitaculum; item familia & res domestica, &c. 'Αργεϊ Ion. per diæresin pro "Αργει, Argo, d. s. ab "Αργος, εος, τό. Argos nomen regionis & civitatis ab Argo rege appellatæ. Sumitur hîc pro Peloponneso à Pelope Tantali filio nominata, &c. Τηλόθι, procul. Adverb. construitur cum genitivo. Fit à Θῆλε, procul. Πάτρης Ion. pro πάτρας g. s. à πάτρα, ἡ, patria; à πατρὸς g. s. nomin. πατὴρ, ὁ, pater, tutor, curator. Quod fit vel à πάω, pasco, nutrio, quòd pater liberos nutriat: vel παρὰ τὸ τηρεῖν τȣ̀ς παῖδας, quòd servet ac tueatur liberos.

 31. 'Ιστὸν,

31. Ἱςὸν, telam ac. ſ. ab ἱςὸς, ῦ, ὁ, malus navis: item inſtrumentum textorium, & tela, ut hîc. Fit ab ἵςημι, ſtatuo, appendo. Ἐποιχομένην, texentem, ac. ſ. fœm. particip. præſ. verb. ἐποίχομαι, irruo, percurro, verſor in aliqua re, invado, inceſſo, eo adverſum, accedo, adeo, item texo, ut hîc. Fit ex ἐπὶ & οἴκομαι, eo, proficiſcor, vado, &c. Tempora ſumit ab οἰχέομαι. Perf. ᾤχηκα. Attic. verſo η in ω, ᾤχωκα, &c. Hinc. ἐποίχεσθαι τ̃ ἱςὸν. Texere telam. Καὶ, &. Vid. verſ. 7. Ἐμὸν, meum, acc. ſ. pron. poſſeſſ. ἐμὸς, meus: ab ἐμῦ, mei, g. ſ. ab ἐγώ. Λέχος, lectum, acc. ſ. à λέχος, εος, τὸ, lectus: à λέγω, cubare facio, unde & λέγομαι, cubo, jaceo, dormio: hinc ἄλοχος, ἡ, conjux, ubi α idem eſt, quod σύν. Ἀντιόωσαν, inſtruentem, ſternentem, poët. pro ἀντιῶσαν, acc. ſ. fœm. particip. præſent. verb. ἀντιάω, ῶ, occurro, obviam eo, repugno, inſtruo, ſterno ut hîc, item aſſequor, conſequor, ſupplico, ſupplex oro, &c. Fit ab ἀντί. Hinc. Ἀντιάσαι, vel ἀντιᾷν τὸ λέχος. Adornare, inſtruere, vel ſternere lectum.

32. Ἀλλ' pro ἀλλὰ, quare. Vid. verſ. 24. Ἴθι, abi, ito, imper. præſ. verb. εἶμι, eo, vado. Μὴ, ne. Adverb. prohibend. Vid. verſ. 26. Μ' pro μὲ, & hoc per aphæreſin pro ἐμὲ, ab ἐγώ. Ἐρέθιζε, irrita, ab ἐρεθίζω, irrito, provoco, excito, &c: ab ἐρέθω, idem, quod fit ab ἔρις, ἡ, contentio. Σαώτερος. Compar. adjectiv. σάος, ſalvus, incolumis, ſoſpes, &c. Contractè dicitur σῶς. Dicitur etiam σῶος & σόος, ſalvus. Ὥς κε, idem quod ὅπως vel ἵνα, ut. Vid. Lucian. II, 15. κε partic. enclit. pro ἂν potential. hîc ponitur. Νέηαι, Ion. per paragog. pro νέῃ 2. ſ. præſ. ſubjunct. verb. νέομαι, neo, nato, vado, redeo, exeo, abeo. Fut. νήσομαι. Sed νεύω, nuo. Fut. νεύσω.

33. Ὣς, ſic. Adverb. Ἔφατ' pro ἔφατο 3. ſ. aor. 2. m. verb. φημὶ, dico: à φάω, dico. Ἔδδεισε poët. pro ἔδεισε, timuit 3. ſ. aor. 1. act. verb. Δείδω, timeo, metuo. Fut. δείσω. P. δέδεικα. P. med. δέδοικα euphoniæ gratiâ pro δέδοιδα. Poët. dicitur δείδοικα, δείδια & δέδια. Δ' pro δὲ, autem. Vid. verſ. 3. Γέρων, ſenex. verſ. 26. Καὶ, &. Vid. verſ. 7. Ἐπείθετο, parebat, vel

vel paruit, 3. ſ. imperf. indic. verb. Πείθομαι, perſvadeor, obedio, obtempero, pareo: ab act. πείθω, perſvadeo. Perf. med. πέποιθα, quod ſæpe ſignificat confiſus ſum, credidi: hinc πειθὼ, όος, ἡ, ſvada, perſvaſio, obedientia: Futur. πείσομαι· unde futur. infinitivi πείσεσθαι verſ. 287. *laturum eſſe.* Μύθῳ, mandato, à μῦθος, mandatum, verſ. 25.

Βῆ δ' ἀκέων παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.
Πολλὰ δ' ἔπειτ' ἀπάνευθε κιὼν ἠρᾶθ' ὁ γεραιὸς
Ἀπόλλωνι ἄνακτι, τὸν ἐΰκομος τέκε Λητώ.
Κλῦθί μευ ἀργυρότοξ', ὃς Χρύσην ἀμφιβέβηκας
Κίλλαν τε Ζαθέην, Τενέδοιό τε ἶφι ἀνάσσεις
Σμυνθεῦ· εἴποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα,
Ἦ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα
Ταύρων, ἠδ' αἰγῶν, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ.
Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα σοῖσι βέλεσσιν.

Abiit verò tacitus juxta littus multiſoni maris.
Multas deinde ſeorſim abiens preces fundebat ſenex
Apollini regi, quem pulchricoma peperit Latona.
Audi me argenteum habens arcum, qui Chryſen undique [tueris
Cillámque valde divinam, Tenedóque fortiter imperas
Apollo: ſi unquam tibi venuſtum templum adornavi,
Aut ſi unquam tibi pingvia femora adolevi
Taurorum atque caprarum, hoc mihi perfice deſiderium:
Luant Græci meas lachrymas tuis telis.

34. Βῆ Ion. vel poët. dempto augmento pro ἔβη 3. ſ. aor. 2. verb. βαίνω, vado, incedo, abeo, &c. quod tempora ſumit à βάω inuſit. Fut. βήσομαι. P. βέβηκα. aor. 2. ἔβην, ης, η, &c. Δ' pro δὲ, veró. Vid. verſ. 3. Hinc βαίνειν παρὰ θῖνα θαλάσσης. Ire vel abire juxta litus maris. Ἀκέων, tacitè, adverb. ab ἀκήν, idem. Quod fit ab α priv. & χαίνω, hiſco. Ἀκέων nonnunquam ſumitur participialiter, tacitus, ſilens, &c. unde fœm. eſt ἀκέουσα, tacita, muta, ſilens, &c. Παρὰ, juxta. Præpoſitio hæc cum accuſativo conſtructa varia admittit ſignificata, ut, *ad, prope, juxta, per, inter, intra, præter,*

ter, ultra, supra, infra, extra, à, ab, pro, prout, trans, propter, ob, &c. Redditur etiam ablativo nudo & adverbio, &c. Vid. Lucian. VI, 17. Θῖνα, litus, à θὶν vel θὶς, ὁ, καὶ ἡ, acervus, cumulus, item litus: à θείνω, ferio, quòd litora aquarum insultantium undis fluctibúsque feriantur. Πολυφλοίσβοιο Ion. pro πολυφλοίσβου, multisoni, à πολυφλοῖσβος, ὁ καὶ ἡ, multisonus, a: magnum strepitum edens: à πολὺς, multus & φλοῖσβος, ὁ, sonitus aquæ, murmur, &c. Θαλάσσης, maris, à θάλασσα, ἡ, mare: ab ἅλς, ἁλὸς, ὁ, sal, quod aqua marina sit salsedine quadam prædita.

35. Πολλὰ adject. plur. neutr. (à πολὺς) adverbialiter sumptum, multum. Vid. vers. 6. Δ' pro δὲ, que. Vid. vers. 3. Ἔπειτ' pro ἔπειτα, deinde, deinceps, item postea: ex ἐπὶ, & εἶτα, postea. Ἀπάνευθε, seorsim, vel seorsùm, procul: ex ἀπὸ, & ἄνευθε, absque, sine, ab ἄνευ, idem. Κιὼν, abiens particip. præs. verb. κίω, vado: vel fit ab εἶμι, eo, vado, cujus particip. aor. 2. est ἰὼν, & poët. præposito κ, κιὼν. Ἠρᾶθ' per apostroph. ob sequent. vocal. aspirat. pro ἠρᾶτο, precabatur, 3. s. imperf. contracta verb. ἀράομαι, precor, deprecor, imprecor, &c. ab ἀρὰ, ἡ, preces, imprecatio. Hinc. ἀρᾶσθαί τινι. Precari aliquem, &c. Ὁ γεραιὸς, οῦ, senex: à γέρων, ὁ, idem. vers. 26.

36. Ἀπόλλωνι ἄνακτι, Apollini regi, d. s. ab Ἀπόλλων. vers. 14. & ἄναξ. vers. 7. Τὸν pro ὃν, quem, artic. præpositiv. pro postpositiv. relativè sumpto positus. Vid. vers. 9. Ἠΰκομος Ion. diæresi pro εὔκομος, ὁ καὶ ἡ, bene comatus, & bene comata, vel pulchricoma: ab εὖ, bene, & κόμη, ἡ, cæsaries, coma, quod quidem à κομέω, curo, alo: vel à κοσμέω, orno, deducitur. Τέκε Ion. & poët. pro ἔτεκε, 3. s. aor. 2. verb. τίκτω, pario. Fut. τέξομαι. Aor. 2. ἔτεκον, ες, ε. & augmento abjecto τέκον, ες, ε. ab inusit. τέκω. Λητὼ, όος, ἡ. Latona. Vid. vers. 9.

37. Κλῦθί μευ, audi me. Κλῦθι est imper. præs. verb. κλῦμι, audio, à κλύω, idem. Accentum in fine habet adscititium ob sequens μευ, quod hîc Dor. ponitur pro μοῦ, g. s. pron. ἐγώ. Ἀργυρότοξ' pro ἀργυρότοξε, argenteum habens

bens arcum, v. ſ. ab ἀργυρότοξος, ου, ὁ, argenteum habens arcum, vel argenteo arcu inſignis : ab ἄργυρος, ὁ, argentum, ab ἀργὸς, albus, candidus, quod argentum candido colore niteat: hinc ἀργύρεος, ους, ὁ, & τόξον, τὸ, arcus : à τάζω tendo : tendendo enim aptatur arcus ad jaculandum. Ὃς, qui, articul. poſtpoſit. Vid. verſ. 2. Χρύσην, Chryſen, à Χρύσης. Vid. verſ. 11. Ἀμφιβέβηκας, undique tuitus es, vel tueris, 3. ſ. perfect. verb. ἀμφιβαίνω, circumeo, luſtro, protego, undique tueor, &c. ab ἀμφὶ, circùm, & βαίνω. verſ. 24. Hinc. Ἀμφιβαίνειν τινά. Defendere, protegere, vel tueri aliquem, &c.

38. Κίλλαν τε, Cillámque, à Κίλλα, ἡ, Cilla, nomen urbeculæ, in qua Apollinis Cillei templum fuit. Eum locum aiunt Cilleum amnem ex Ida monte delapſum præterlabi: Summa fuit in Cilla Apollinis veneratio, ea de re eam vocant divinam, ut ſequens innuit epithetum. Ζαθέην, valde divinam, acc. ſ. fœm. adjectiv. Ζάθεος, ὁ, valde divinus, inclytus: à ζα particul. augmentativa, & θεὸς, deus. verſ. 8. Τενέδοιο Ion. pro Τενέδου, à Τένεδος, ἡ, Tenedos inſula è regione Trojæ ſita, in qua celebre fuit Apollinis delubrum. Hæc priùs Lencophrys appellabatur, à nonnullis etiam Phœnice & Lyrneſſus. Plin. lib. 5. cap. 31. In hanc ex Troade navigavit cum novis colonis Tenes Cycni filius, conditáque urbe de ſuo nomine, Tenedon eam vocavit, à qua & inſula denominata eſt. Τε, que. verſ. 5. Ἶφι vel ἶφι, fortiter, adverb. ab ἲς, ἰνος, ἡ, fibra, in qua maximè vis ac robur corporis ineſt. Ἀνάσσεις imperas, ab ἀνάσσω, impero, regno. F. ἀνάξω. P. ἤναχα. Aor. 1. ἤναξα. Hinc. Ἀνάσσειν Τενέδου. Imperare Tenedo.

39. Σμινθεῦ, Smyntheu, Apollo, v. ſ. à Σμινθεὺς, έος, ὁ. Smyntheus ſcil. Apollo. Sic dictus, quia cùm Smyntham urbem mures graviter infeſtarent, Apollo civium ſupplicantium vocem audiit, & animalia hæc ipſis infeſta confecit. Cujus memores beneficii Templum & Simulachrum Apollini Smyntheo cum figura muris ad pedes ſtatuæ expreſsâ poſuerunt. Εἴ, ſi, conjunct. acutum nunc habet adventitium è ſequenti voce enclitica rejectum. Ποτὲ, quando, unquam, &c. Acutum nunc habet

habet adventitium ob sequentem encliticam vocem. Τοι Dor. pro σοι. vers. 28. Χαρίεντ' pro χαρίεντα, gratiosum, venustum, a. s. masc. adject. χαρίεις, ὁ, gratiosus, venustus. fœm. χαρίεσσα. neutr. χαρίεν à χάρις, τος, ἡ, gratia, benevolentia: hinc χαρίζομαι, gratificor, obsequor, beneficium confero. Ἐπὶ præposit. per tmesin hîc sejungitur ab ἔρεψα, ut sit ἐπέρεψα, adornavi 1. s. aor. 1. act. verb. ἐπερέφω, adorno, corono, &c. Fut. ἐπερέψω. Νηὸν Ionic. pro ναὸν, à ναὸς, Ion. νηὸς, ȣ, Attic. νεὼς, ὁ, templum: à νέομαι, adeo, quòd templum sit divini cultûs gratià adeundum: vel à ναίω, habito, quòd divinum numen illic habitet.

40. Ἤ, aut. vers. 27. Εἰ, si. Hæc conjunctio præter *si* varia admittit significata, ut, *utinam*, *sive*, *an*, *num*, *quòd*, *quoniam*, *&c.* Δὴ expletivum est hîc & ornatui inservit. vers. 6. Ποτὲ est adverb. citra interrogationem, quando, unquam, &c. Τοι, tibi. vers. 28. Κατὰ hîc per Tmesin sejungitur ab ἔκηα, ut sit κατέκηα, adolevi 1. s. aor. 1. act. verb. κατακαίω, deuro, urendo absumo, adoleo: à κατὰ, & καίω, accendo, inflammo, adoleo, quod tempora sumit à καύω. F. καύσω. Aor. 1. act. ἔκαυσα, & ἔκηα à κάω. Aor. 2. act. ἔκαον. Πίονα, acc. pl. n. g. adject. πίων, ὁ καὶ ἡ, pingvis. Compar. πιότερος. Superl. πιότατος. Fit quasi à πῖος, τὸ, pingvedo. Μηρί' pro μηρία, fœmora ac. pl. à μηρίον, ȣ, τὸ, fœmur: à μῆρος, ερος, τὸ, pars: vel à μείρω divido, quod corpus in fœmore dividi incipit.

41. Ταύρων, taurorum, à ταῦρος, ȣ, ὁ, bos, taurus. Fit quasi à τάω & εὐρὺς, quòd cornua latè extendat. Ἠδ' pro ἠδὲ, atque, atque etiam, &c. Fit ex ἠ. vers. 27. & δὲ, vers. 3. Αἰγῶν, caprarum, g. p. ab αἶξ, ἡ, capra: interdum αἶξ, ὁ, caper, quod Eustathius Attico more vult usurpari. Fit ab ἀΐσσω, prosilio, cum impetu ruo. Capra enim est animal impetuosum ac insultans. Τόδε idem quod τοῦτο, hoc, ac. s. n. ab ὁ. Vid. ver. 9. Δὲ hic expletivè ponitur. Μοι, mihi. Vid. vers. 20. Κρήηνον poët. altero η addito pro κρῆνον, aor. 1. act. imper. verb. κραίνω, perficio. F. κρανῶ. Aor. 1. act. ἔκρηνα, &c. Fit quasi à καραίνω, à κάρα, caput, quòd cùm

alicui

alicui aliquid effectum reddituri ſumus, capite innuendo pollicemur. Ἐπικρῆναι Heſychius inquit, eſt τῇ κεφαλῇ ἐπινεῦσαι· vel fit à κρέω, impero, ut ſit quaſi κραίνω, &c. Hinc. Κραίνειν τινὶ τὸ ἔλδωρ. Perficere alicui deſiderium. Satisfacere alicujus deſiderio. ἐέλδωρ Poët. geminato ε pro ἔλδωρ, ορ☉, τὸ, deſiderium, votum: ab ἔλδομαι & Poët. pleon. τῦ ε, ἐέλδομαι, deſidero, cupio, appeto. Quaſi ab ἕλω, capio, quia lubentes capimus, quæ cupimus.

42. Τίσειαν, luant, 3. pl. aor. 1. act. optativ. Æol. pro τίσειεν, à τίω, pendo, luo, ulciſcor, honoro, colo, ſolvo, perſolvo, vindico, &c. F. τίσω. Aor. 1. act. ἔτισα· hinc aor. 1. act. optativ. τίσαιμι & Æol. τίσεια, &c. Hinc. τῖσαι vel τίσαϑαι τὰ δάκρυά τιν☉. Luere alicujus lachrymas. Luere pœnas, vel puniri ob alicujus lachrymas. Δαναοὶ, Danai, Argivi à Δαναὸς, ῦ, ὁ, Danaus Beli filius, qui relictâ Ægypto Argos venit, ubi ab Eleanore Argivorum rege imperium accepit, & populum in eo de ſuo nomine Danaos appellavit. Hîc autem Poëta per ſynecdochen Danaos poſuit pro Græcis. Ἐμὰ δάκρυα, meas lachrymas. Utrumque eſt acc. pl. n. g. Illud à pronom. poſſeſſiv. ἐμὸς, meus, à genetiv. ἐμῦ, mei, ab ἐγώ· hoc verò à δάκρυ, υ☉, τὸ, lachrymæ. q. à δάκνω, mordeo, quòd cùm anima dolore mordetur, lachrymæ effunduntur: vel quòd lachrymæ ſint ſalſæ & mordaces, ideóque oculis effuſæ genas ſalsâ quadam acredine quaſi mordent. Σοῖσι Ion. pro σοῖς, tuis, d. p. n. g. pron. poſſeſſiv. σὸς, tuus, à σὺ, tu. Βέλεεσσιν Poët. geminato σ pro βέλεσι, telis, d. p. à βέλ☉, ε☉, τὸ, telum, ſagitta, jaculum, haſta miſſilis, & quodcunque procul jaculamur. Fit à βάλλω, mitto, ferio, jaculor, &c.

Ὣς ἔφατ' εὐχόμεν☉. τῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων.
Βῆ δὲ κατ' οὐλύμποιο καρήνων χωόμενος κῆρ,
Τόξ' ὤμοισιν ἔχων ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην.
Ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο
Αὐτῦ κινηθέντος· ὁ δ' ἤιε νυκτὶ ἐοικώς.
Ἕζετ' ἔπειτ' ἀπάνευθε νεῶν, μετὰ δ' ἰὸν ἕηκε·
Δεινὴ δὲ κλαγγὴ γένετ' ἀργυρέοιο βιοῖο.
Οὐρῆας μὲν πρῶτον ἐπῴχετο καὶ κύνας ἀργύς.

Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐτοῖσι βέλος ἐχεπευκὲς ἀφιεὶς
Βάλλ', αἰεὶ δὲ πυραὶ νεκύων καίοντο θαμειαί.
Ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο.
Τῇ δεκάτῃ δ' ἀγορήνδε καλέσσατο λαὸν Ἀχιλλεύς.
Τῷ γὰρ ἐπὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη·
Κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο.

Sic dixit orans, illum verò audivit Phœbus Apollo :
Deſcendit verò de Olympi verticibus iratus corde,
Arcus humeris gerens, & undique tectam pharetram.
Sonuerunt verò tela ſuper humeris (irati) dei,
Dum ipſe moveretur : ipſe verò ibat nocti ſimilis.
Sedit deinde ſeorſum à navibus,poſtea v. ſagittam immiſit.
Vehemens verò ſonitus factus eſt argentei arcûs.
Mulos quidem primùm invaſit, & canes albos :
Deinde verò ipſis telum amarum immitens [tes,
Feriebat : perpetuò v. rogi mortuorum ardebant frequen-
Per novem dies quidem per caſtra ferebantur miſſilia dei,
At decimâ *die* ad concionem vocavit exercitum Achilles,
Huic n. poſuit in animo dea albas habens ulnas Juno,
Solicita n. erat de Græcis, quoniam *eos* morientes videbat.

43. Ὡς hîc pro οὕτως ſumitur, redditúrque *ſic*, ita, hoc modo, hunc in modum, &c. Ἔφατ' pro ἔφατο, dixit. verſ. 33. Εὐχόμενος, orans, particip. præſ. verb. εὔχομαι, precor, oro, vota facio ; item glorior, jacto. F. εὔξομαι. P. εὖγμαι. Aor. 1. med. εὐξάμην, ω, ατο. Fit παρὰ τὸ εὖ ἔχειν, quòd qui precatur, orat, ut proſperè agat : vel παρὰ τὸ εὖ χέειν, quòd qui precatur, bonum fundit, ut *preces fundere* dicimur : hinc εὐχὴ, ἡ, preces, votum. Τοῦ g. ſ. artic. præpoſit. pro τούτου. Vid. verſ. 9. Δ' pro δὲ, veró. Vid. verſ. 3. Ἔκλυε, audiebat vel audivit, 3. ſ. imperf. verb. κλύω, audio. Vid. verſ. 37. Φοῖβος, Phœbus, id eſt, clarus lucidus , purus. Dicitur quaſi φάος βίου, lumen vitæ. Ἀπόλλων. verſ. 14.

44. Βῆ Ion. & Poët. pro ἔβη, quòd hîc per tmeſim ſejungitur à κατ' pro κατὰ, ut ſit κατέβη 3. ſ. aor. 2. ind. verb. καταβαίνω, deſcendo. F. καταβήσομαι. P. καταβέβηκα. Aor. 2. κατέβην, ης, η. Fit ex κατὰ & βαίνω. Hinc.

Hinc. καταϐαίνειν ὀλύμπυ καρήνων. Poteſt hîc ſubaudiri præpoſit. ἀπό. Deſcendere de verticibus Olympi, &c. Δὲ, veró. verſ. 3. Οὐλύμποιο Ion. & poët. pro ὀλύμπυ ubi in prima ſyllab. poſt vocal. ο brevem υ ad diphthongum efficiend. producend. ſyllabæ gratiâ poët. additur ; in ultima verò ϗ in οιο Ionicè mutatur. Eſt g. ſ. ab Ὄλυμπος, ὁ, Olympus. verſ. 18. Καρήνων, g. p. à κάρηνον, ϗ, τὸ, caput, ſummitas, faſtigium montis, vertex. Fit à τὸ κάρη Ion. pro κάρα indeclinab. caput, vertex, &c. quod fit tranſpoſitione literarum ex ἄκρα, ας, ἡ, ſummitas, &c. Χωόμενος, iratus. particip. verb. χώομαι, iraſcor, à χώω, contriſto, iraſcor, quod fit à χολόω, iraſcor, eliſo λ & duob. οο in ω mutatis: χολόω autem fit à χολὴ, ἡ, bilis. Κῆρ, τὸ, acc. ſ. ante quod ſubaudi κατά. Contractum eſt ex κέαρ, ατος, τὸ, cor. Sed κὴρ, ρὸς, ἡ, ſors, fatum, plerumque in malam partem accipitur.

45. Τόξ' pro τόξα, arcus, acc. p. à τόξον, ϗ, τὸ, arcus, vel ars ipſa ſagittandi. verſ. 37. Ὤμοισιν Ion. pro ὤμοις humeris, vel ſuper humeris. Poteſt hîc ſubaudiri ἐπὶ. Fit ab ὦμος, ϗ, ὁ, humerus: ab οἴω, fero, porto, quia humeris onera portamus. Ἔχων, habens, geſtans particip. præſ. verb. ἔχω. verſ. 14. Ἀμφηρεφέα, undique tectam, acc. ſ. fœm. ab ἀμφηρεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, undique tectus, a. ex ἀμφὶ, & ἐρέφω, tego. Τε, que vel &. v. 5. Φαρέτρην Ion. pro φαρέτραν, a. ſ. ab ἡ φαρέτρα, pharetra, à φέρω, & τρώω, vulnero, quia pharetra fert tela vulnifica.

46. Ἔκλαγξαν, ſonuerunt 3 pl. aor. 1. act. verb. κλάζω, clango, clamo, ſono, &c. F. κλάγξω. Poët. nonnunquam κεκλάγξω. Aor. 1. ἔκλαγξα. Aor. 2. ἔκλαγον. P. m. κέκληγα. Δ' ἄρ' per apoſtroph. pro δὲ ἄρα. verſ. 3. ἄρα particula hîc expletivè ponitur, alibi ſignificat *igitur*, *itaque*, *tandem*, *nempe*, *&c.* Ὀϊστοὶ, tela, ab ὀϊστὸς, ϗ, ὁ, telum, ſagitta: ab οἴω, fero, Futur. οἴσω, feram, quia ſagitta ſeu telum arcu emiſſum celeriter fertur. Ἐπ' pro ἐπὶ ſuper. Præpoſitio ἐπὶ cum genitivo conſtructa præter *ſuper* varia admittit ſignificata, *à*, *ab*, *apud*, *cum*, *coram*, *de*, *erga*, *in*, *per*, *penes*, *prope*, *poſt*, *ſub*,

 ſupra,

supra, versûs. Interdum non exprimitur ἐπὶ, sed solus genitivus, ut; ἐπὶ προαιρέσεως γνώμην τῆς αὐτῆς. Dionys. Hal. Ejusdem sit propositi, vel idem sibi proponat institutum. Item apud eundem ἐπ' ἐμαυτοῦ, meâ sponte. Adverbio etiam redditur, ut; ἐφ' ἑνὸς ἄγειν. Singulatim ducere, &c.

47. Αὐτοῦ κινηθέντος, ipso moto, cùm ipse moveretur, vel cùm ipse se moveret: αὐτοῦ g. s. ab αὐτός. vers. 4 Κινηθέντος. g. s. à κινηθεὶς, ὁ, motus, vel, is, qui motus est, vel qui movetur. Est particip. pass. verb. κινέομαι, οῦμαι, moveor. à κινέω, ῶ, moveo, muto. Fut. κινήσω. Perfect. κεκίνηκα. Aor. 1. act. ἐκίνησα. Aor. 1. passiv. ἐκινήθην, ης, η. Quasi à κίω, eo, quia itio, seu loci mutatio est primus motus & evidentissimus. Ὁ, idem quod οὗτος, ipse. vers. 9. Δὲ, veró. vers. 3. Ἤϊε 3. s. perfect. med. verb. εἶμι, eo, vado. Cujus perfect. med. est εἶα, ας, ε. & Attic. ᾖα, ᾖας, ᾖε, & hinc Ionicâ solutione ἤϊα, ας, ε, &c. Νυκτὶ, nocti, d. s. à νὺξ, κτὸς, ἡ, nox: à νύσσω, pungo, exstimulo, quia nox ad dormiendum nos exstimulat. Sumitur nonnunquam pro *morte*, & interdum pro *tempore ignorationis.* Ἐοικὼς, similis particip. perf. med. ἔοικα, à verb. εἴκω, similis sum, &c.

48. Ἕζετ' pro ἕζετο, sedebat, vel sedit 3. s. imperf. ind. verb. ἕζομαι, sedeo. Futur. 1. ἕσομαι. Fut. 2. ἑδοῦμαι. Fit ab act. ἕζω, sedere facio, colloco: ab ἕω, colloco. Ἔπειτ' pro ἔπειτα, deinde, deinceps. vers. 35. Ἀπάνευθε νεῶν, seorsum à navibus. Illud vid. vers. 35. Νεῶν verò est g. p. Attic. pro ναῶν, à ναός. Attic. νεὼς, navis. Μετὰ, postea, præpositio adverbialiter sumpta. Δ' pro δὲ, veró. vers. 3. Ἰὸν, telum, jaculum: ab ἰὸς, οῦ, ὁ, jacculum, telum: ab ἵημι, mitto. Sed ἴος, α, ον, solus, a, um, &c.

49. Δεινὴ, ἡ, terribilis, fœm. genus adjectiv. δεινὸς, ὁ, terribilis, vehemens, magnus, neutr. δεινὸν, τὸ, terribile, &c. Fit à δεῖος, quo Homerus sæpe utitur Poëticè pro δέος, τὸ, timor. Δὲ, veró, vers. 3. Κλαγγὴ, ῆς, ἡ, sonitus; item clangor, strepor. Propriè tribuitur voci gruum & cæterarum hujusmodi avium; item tubarum

rum & cornuum: tribuitur etiam hominibus, cùm in hostes impetum facientes vocem clangori similem attollunt. Fit à κλάζω. v. 46. Γένετ' poët. sine augmento per apostroph. pro ἐγένετο, factus est, extitit, 3. s. aor. 2. med. ἐγενόμην, ἐγένε, ἐγένετο, &c. à verb. γίνομαι, fio, sum. F. γενήσομαι. Perfect. passiv. γεγένημαι. Aor. 1. passiv. ἐγενήθην. P. m. γέγονα à γείνομαι, gignor, nascor, fio, sum. Ἀργυρέοιο Ion. pro ἀργυρέε, & contractè ἀργυρε̃. g. s. ab ἀργύρεος, & contract. ἀργυρε̃ς, ὁ, argenteus. fœm. ἀργυρέα, ῆ, ἡ, argentea, neut. ἀργύρεον, ε̃ν, τὸ, argenteum: ab ἄργυρος, ὁ, argentum, quod fit ab ἀργὸς, ε̃, ὁ, albus. Βιοῖο Ion. pro βίε, arcûs g. s. à βιὸς, ὁ, arcus, nervus: à βία, ἡ, vis. βίος paroxyton. significat vita.

50. Οὐρῆας, mulos, acc. plur. Ionic. pro ὀρέας, (ubi in penultima syllab. Ion. η pro ε ponitur) ab ὀρεὺς, Ion. & poët. pro ὀρεὺς, ὁ, ubi in priori syllaba post vocal ο brevem υ ad diphthongum efficiendam producend syllab. gratiâ additur. Fit ab ὄρος, εος, τὸ, mons, quod hoc animal ad opera montana sit præ cæteris idoneum & aptum. Μὲν, quidem. v. 18. Πρῶτον, primúm. v. 6. Ἐπῴχετο, invasit, 3. s. aor. 2. med. verb. ἐποίχομαι, eo adversum, invado, feror, &c. ab ἐπὶ & οἴχομαι, eo, abeo. Hinc. ἐποίχεσθαι τὺς ὀρέας. Invadere mulos. Καὶ &. Κυνὰς, canes, acc. pl. à κύων. v. 4. Ἀργὺς, veloces, celeres, acc. pl. ab ἀργὸς, ε̃, ὁ, velox, & per antiphrasin quasi ἄεργος, tardus, otiosus; item albus: ab ἀργὸς, tardus, fit ἀργία, ἡ, otium: ab α priv. & ἔργον, τὸ, opus.

51. Αὐτὰρ, sed, dein, deinceps, cæterùm, sed, verò, ut hîc. Fit quasi ab αὖτε ἄρ. Ἔπειτ' pro ἔπειτα, deinde. v. 35. Αὐτοῖσι Ion. pro αὐτοῖς ipsis, d. pl. ab αὐτὸς, ipse. v. 4. Βέλος, telum, acc. s. à nominativ. simili, βέλος, εος, τὸ, telum. v. 42. Ἐχεπευκὲς, amarum, acc. s. n. g. ab ἐχεπευκὴς, ὁ ϗ ἡ, amarus, a. mortifer, a. exitialis: neutr. ἐχεπευκὲς, τὸ, amarum, &c. ab ἔχω, habeo, & πεύκη, ης, ἡ, amaritudo. Ἀφιεὶς, immittens, particip. verb. ἀφίημι. v. 25.

 52. Βάλλ'

52. Βάλλ' per apostroph. pro βάλλε, Ion. & poët. sine augment. pro ἔβαλλε, feriebat 3. s. imperf. ind. verb. βάλλω, jacio, ferio. v. 14. Αἰεὶ, perpetuò, semper: ex ἀεὶ addito per epenthesin ι: dicitur etiam αἰὲν ante vocalem: ab α intensivo & ἔω, sum: hinc ἀΐδιος, ου, ὁ, ἡ, sempiternus, perpetuus,. Δὲ, veró. vers. 3. Πυραὶ, rogi, n. p. à πυρὰ, ᾶς, ἡ, rogus: à πῦρ, τὸ, ignis. Dicitur quasi à πυράω inusit. uro, vel πρήθω, incendo. Νεκύων, mortuorum, g. p. à νέκυς, υος, ὁ, mortuus, defunctus: νέκυες autem significat tam defunctorum manes, quàm cadavera. Fit quasi à νὲ particula in compositis negante, & κίω, vado, eo: vel quasi νεκρὸς, ὁ, mortuus à νὲ privat. & κῆρ, ρὸς, τὸ, cor, ut sit is, in quo cor sit extinctum, & vitæ flammulâ privatum. Καίοντο Ion. & poët. sine augm. pro ἐκαίοντο, ardebant, 3. pl. imp. pass. verb. καίω, uro. v. 40. Θαμειαὶ, frequentes n. plur. fœmin. adjectiv. θαμειὸς, ὁ, frequens: fœm. θαμειὰ, ἡ, frequens: neutr. θαμειὸν, τὸ, frequens: à θαμὰ adverb. crebrò, frequenter, factum, ex ἅμα pleonasm. liter. θ.

53. Ἐννῆμαρ, per novem dies. Adverb. ab ἐννέα, novem & ἦμαρ, τὸ, dies. Quasi ab ἄω, splendeo; dies enim est tempus à solis splendore: vel ab ἦμος, quo tempore; dies enim est maximè notabilis quædam temporis portio. Μὲν, quidem. v. 18. Ἀνὰ στρατὸν, per exercitum. v. 10. Ὤχετο κῆλα, ferebantur missilia, tela. Est Atticismus. Atticè enim neutra pluralia gaudent verbo sigulari. ᾤχετο est 3. s. imperf. pass. verb. οἴχομαι v. 31. Κῆλα n. p. à κῆλον, ου, τὸ, telum ligneum, à κᾶλον, τὸ, lignum. Sic dicitur, quia καίεται ὅλον, totum igni immittitur: fit ergo à καίω, uro. Θεοῖο Ion. pro θεοῦ, dei scil. Apollinis. v. 8.

54. Τῇ δεκάτῃ scil. ἡμέρα, decimâ *scil. die.* d. s. fœm. adjectiv. δέκατος, decimus: fœm. δεκάτη, ἡ, decima, neutr. δέκατον, τὸ, decimum: à δέκα, decem, quod fit à δέχομαι, accipio, capio; quia denarius capit omnes numeros. Δ' pro δὲ, veró. v. 3. Ἀγορήνδε, ad concionem, ad forum. Adverb. ex accusativ. Ionico ἀγορὴν, & conjunct. enclitica δε, quæ hîc idem significat, quod

quod εἰς. v. 3. Ἀγορὴν vel ἀγορὰν autem fit ab ἀγορὰ, ἡ, forum, concio, cœtus, concilium. Fit ab ἀγείρω, congrego. Fut. ἀγερῶ. P. m. ἤγορα· hinc ἀγορὰ, & Ion. ἀγορὴ, ἡ. Καλέσσατο Poët. geminat. σ. pro Ionico fine augm. καλέσατο pro ἐκαλέσατο 3. f. aor. 1. act. verb. καλέω, voco, accerso, nomino, imploro, &c. Fut. καλέσω. Aor. 1 act. ἐκάλεσα. Λαὸν, populum, acc. f. à λαὸς, ὁ, populus. v. 10. Ἀχιλλεὺς, Achilles. v. 1.

55. Τῷ idem quod τούτῳ, huic, d. f. artic. præpositiv. pro οὗτος positi. v. 9. Γὰρ, enim. Ibid. Ἐπὶ, *in*. Præpositio ἐπὶ cum dativo, ut hîc constructa varia passim significat, ut, *ad, adversùs, contra, ex, in, ob, ultra, penes, post, præter, prope, propter, sub, super, supra.* Exprimitur etiam solo ablativo & adverbio, &c. Φρεσὶ, animo, d. pl. à φρὴν, ενὸς, ἡ, mens, animus, intelligentia, item præcordia. Hinc φρονέω, sapio, intelligo. Θῆκε Ion. pro ἔθηκε, posuit. v. 2. Θεὰ, dea, v. 1. Λευκώλενος, albis ulnis, vel albas ulnas habens, & per synecdoch. formosa: à λευκὸς, ὁ, albus, & ὠλένη, ἡ, brachium : ab ὠλλὸς, curvatura brachii. Ἥρη, ἡ, Juno. Fit, ut quidam volunt per metathesin ab ἀὴρ, aër: vel ἐράω, amo, quia est amabilis, ut pote ad respirationem nobis necessaria & utilis.

56. Κήδετο Ion. ἐκήδετο, solicita erat, 3. f. imperf. verb. κήδομαι, curo, curam gero, solicitus sum; item mœrore afficior & exequias curo : à κῆδος, εος, τὸ, cura, solicitudo : à κῆρ, cor, & ἔδω, edo, quia cura cor edit. Γὰρ, enim. v. 9. Δαναῶν, Græcorum, vel de Græcis. g. p. à Δαναός. v. 42. Ὅτι, quoniam, quandoquidem, quia, quòd, quamobrem, propterea. Nota. Cum superlativo tam nominis, quàm adverbii apud Græcos idem valet, quod apud Latinos quàm, ut; ὅτι βέλτιστα, quàm optimé : ὅτι πλεῖστοι, quàm plurimi. Eodem sensu etiam cum substantivis quibusdam jungitur, ut; ὅτι τάχος, quàm celerrimé. Sæpe idem abundat, propterea frequenter in translatione latina omittitur. Ῥὰ est particula expletiva & ornatui inserviens. v. 8. Θνήσκοντας, morientes, acc. pl. à θνήσκων, τος, ὁ, moriens, vel is, qui moritur, particip. præs. verb. θνήσκω, morior. Fut.

θανοῦ-

θανέμαι. Aor. 2. ἔθανον. Perfect. τέθνηκα & Ion. τέθνααι, à θνάω inusitato: hoc autem à θείνω vel poët. θένω, cædo: vel quasi à θέω ἄνω, sursum tendo, videlicet ad deum, qui animam infuderat.

Οἱ δ' ἐπεὶ ὖν ἤγερθεν, ὁμηγερέες τ' ἐγένοντο.
Τοῖσι δ' ἀνιστάμενος μετέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς
Ἀτρείδη, νῦν ἄμμε παλιμπλαγχθέντας ὀΐω
Ἂψ ἀπονοστήσειν ἔικεν θάνατόν γε φύγοιμεν
Εἰ δὴ ὁμῦ πόλεμός τε δαμᾶ καὶ λοιμὸς Ἀχαιῦς.
Ἀλλ' ἄγε δή τινα μάντιν ἐρείομεν, ἢ ἱερῆα,
Ἢ καὶ ὀνειροπόλον (καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν)
Ὅς κ' εἴποι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων·
Εἴτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης
Αἴκέν πως ἀρνῶν κνίσσης αἰγῶν τε τελείων.
Βέλεται ἀντιάσας ἡμῖν ἀπὸ λοιγὸν ἀμῦναι.

Illi verò postquam congregati & simul frequentes fuerunt,
Inter illos igitur surgens verba fecit pedibus celer Achilles.
O Agamemnon, nunc nos denuo errantes puto
Retrò redituros, si modò mortem evitare possimus:
Quoniam jam simul bellum absumit & pestis Græcos.
Quare age jam aliquem vatem consulamus, aut sacerdotem,
Aut etiam somniorum interpretem (etenim & somnium ex Jove est)
Qui indicet, quamobrem adeò iratus sit Phœbus Apollo:
Sive ille (ob) votum conqueritur, sive (ob) hecatomben,
Si fortè agnorum nidorem caprarúmque lectarum
Vult adeptus à nobis pestem propulsare.

57. Oἱ, illi, n. p. artic. præpositivi pro αὐτοὶ positus. v. 9. Δ' pro δὲ, verò. v. 3. Ἐπεὶ, postquam. Nota. Conjunct. ἐπεὶ varia (præter postquam) admittit significata, *quoniam*, *quandoquidem*, *nam*, *quum*, *deinde*, *quanquam*, *etsi*, *alioquin*, *&c.* Fit ex ἐπὶ & εἰ. Ἐπεὶ cum adverbiis εὐθέως, τάχιστα & aliis similibus redditur Latinè *cùm primùm*, *ubi primùm*, vel *simulátque*. Οὖν. Conjunctio varia passim significat, ut; *igitur*, *ergo*: item

item *certè, ſanè, quidem, utique, tandem, &c.* Sæpe abundat explérque orationem præſertim apud Poëtas, ut hîc. Ἤγερθεν Bœot. & Æol. pro ἠγέρθησαν, congregati ſunt, convenerunt, 3. p. aor. 1. paſſ. mod. ind. verb. ἀγείρω, congrego. v. 44. Ὁμηγερέες, frequentes, nom. pluralis incontract. ab ὁμηγερὴς, ὁ καὶ ἡ, unà, vel ſimul frequens, ſimul congregatus: ab ὁμοῦ, ſimul, unà, & ἀγείρω. v. 54. Τ' pro τε, &c. v. 5. Ἐγένοντο, 3. pl. aor. 2. m. verb. γίγνομαι vel γίνομαι, fio, ſum. v. 49.

58. Τοῖσι Ion. pro τοῖς, d. pl. articul. præpoſitiv. pro αὐτοῖς, poſitus v. 9. Δ' pro δὲ, veró. v. 3. Ἀνιστάμενος, exurgens vel ſurgens, particip. præſ. verb. Ἀνίσταμαι, exurgo, ſurgo: ab activ. ἀνίστημι, excito, erigo, ſurgere facio, &c. ab ἀνὰ & ἵστημι, ſtatuo. Μετέφη, dixit, verba fecit, 3. ſ. aor. 2. ind. verb. μετάφημι, interloquor; item dico, verba facio: ex μετὰ & φημὶ, dico. Πόδας, pedes (ſubauditur hîc κατὰ) acc. pl. à ποῦς, ποδὸς, ὁ, pes. Acc. ſing. πόδα. voc. ὦ ποῦς. Dat. plur. ποσί. Ὠκὺς, ὁ, velox, celer. Comp. ὠκύτερος. Superl. ὠκύτατος. Nonnunquam ὠκίων, ὤκιστος. Iliad. ο. 238. hinc ὠκεανὸς, ὁ, mare, oceanus ob velocitatem undarum. Ἀχιλλεὺς, Achilles. v. 1.

59. Ἀτρείδη, Atrida ſcil. Agamemnon. v. ſ. ab Ἀτρείδης. v. 7. Νῦν, nunc, hoc tempore, adverb. temporis. Ἄμμε Dor. & Æol. pro νῶϊ, νῶ, acc. dual. pron. ἐγὼ, quo Poëtæ utuntur pro acc. plurali ἡμᾶς, nos. Παλιμπλαγχθέντας, denuo errantes, ac. plur. à παλιμπλαγχθεὶς, rurſus errans, aberrans, particip. aor. 1. paſſiv. verb. παλιμπλάζομαι, rurſus erro, aberro, vagis erroribus retro agor: à πάλιν, rurſus, & πλάζομαι, erro, vagor, vagabundus jactor, à πλάζω, errare facio, ſeduco. Tempora ſumit à πλάγγω. Οἴω, puto, exiſtimo; item fero, porto, apud Poëtas tantùm uſitatum. Sed οἴομαι & per ſyncop. οἶμαι apud Oratores in uſu eſt, puto, ſuſpicor, conjicio. Tempora ſumit ab οἰέομαι. Fut. οἰήσομαι. P. ᾤημαι. Aor. 1. ᾠήθην.

60. Ἄψ, retrò, retrorſum, rurſus, iterum, ſtatim, adverb. ab ἀπὸ receſſionem ſignificante. Ἀπονοστήσειν, redituros, infin. fut. 1. act. verb. ἀπονοστέω, redeo, rever-

tor, remeo. Fut. ἀπονοςήσω. P. ἀπονενόςηκα. Aor. 1. ἀπενόςησα· ex ἀπὸ & νοςέω, redeo: quasi à νέομαι, eo: hinc νόςος, redditus. Εἴκεν, si vel si modo, &c. ex εἰ & κέν. Scribitur & conjunctim & separatim. Nota. κὲ vel κὲν est particula Poëtis usitatissima, quæ apud eosdem idem valet, quod ἂν potentiale apud Oratores in prosa. Nonnunquam idem significat quod δὴ, utique. Interdum expletiva est. Θάνατόν γε, mortem. Θάνατόν etiam in fine accentum à sequenti γε rejectum habens est acc. sing. à θάνατος, ου, ὁ, mors. à θνήσκω, morior. v. 56. Γὲ est particula enclitica & adjectio syllabica nonnunquam significans *quidem, certè, utique, quippe, saltem.* Vix legitur separatim. Φύγοιμεν, effugerimus, vel evitare possimus. 1. pl. aor. 2. optat. verb. φεύγω, fugio, effugio, vito, declino. F. φεύξομαι. Aor. 2. ἔφυγον, &c. Hinc. Φεύγειν τὸν θάνατον. Effugere vel evitare mortem.

61. Εἰ. v. 40. Hîc ponitur loco ἐπεὶ, vel ὅτι, quoniam, quandoquidem. Δὴ, jam. v. 6. Ὁμοῦ, simul, adverb. ab ὁμὸς, similis. Πόλεμός τε, bellum. τε hîc expletivè ponitur. Πόλεμος, ου, ὁ, bellum. Fit παρὰ τὸ πόλεις μειοῦν, à minuendis urbibus, quòd bellum minuat urbes evertendo eas: vel fit à πολέω, everto; quod bellum omnia evertat, &c. Δαμᾷ, vastat, absumit, 3. s. ind. præs. verb. δαμάω, ῶ, domo, subigo, vasto, absumo. idem est quod δαμάζω. Καὶ, &. Λοιμὸς, οῦ, ὁ, pestis, contagium. Ἀχαιοὺς, Achivos, ab Ἀχαιός. v. 2.

62. Ἀλλ' pro ἀλλὰ, quare. v. 24. Ἄγε, adverb. hortantis, age: ab imper. verb. ἄγω. Aliquando ad plures refertur pro ἄγετε. Sæpe additur particula δὴ, ut hîc, quæ *jam* significat. Multis sæpe locis non exprimitur. v. 6. Τινα, aliquem acc. s. à τὶς, aliquis. Amittit nunc accent. propter præced. oxyton. Μάντιν, vatem, acc. s. à μάντις, ιος, ὁ, Vates: à μαίνομαι, furo: quia vates divino furore correptus futura prædicit. Ἐρείομεν poët. per epenthesin ι addito pro ἐρέομεν, 1. pl. ind. præs. act. pro 1. plur. subjunct. ἐρέωμεν, consulamus, à verb. ἐρέω, dico, rogo, interrogo, consulo, ut hîc. Interdum præsens significat futurum, *dicam, interrogabo, &c.*

&c. Fit per dialyſin ab ἐρῶ futuro verbi εἴρω, dico· Ἢ ἱερῆα, aut ſacerdotem. v. 27. & 23.

63. Ἢ καὶ, aut etiam. v. 27. & 7. Ὀνειροπόλον, ſomniorum interpretem. a. ſ. ab ὀνειροπόλος, ου, ὁ, ſomniorum interpres, per ſomnia vaticinans: ab ὄνειρος, ſomnus, quod ab ὄναρ, ſomnium, & πολέω, verſor. Καὶ γὰρ, etenim. v. 7. 9. Τ᾽ ὄναρ pro τὸ ὄναρ, ſomnium, indeclinabile. Dicitur quaſi ὄντος ἄρσις. Somnia ut plurimum vana ſunt, in quibus res apparent, nec ſunt. Ἐκ Διὸς, à Jove. v. 6. 5. Ἐστὶν, eſt, 3. ſ. verb. εἰμὶ, ſum.

64. Ὅς, qui artic. poſtpoſitiv. relativè ſumptus, v. 2. K᾽ pro κὲ particula poëtica potentialis pro ἂν uſurpata. v. 60. Εἴποι, dicat, indicet. 3. ſ aor. 2. optativ. verb. ἔπω, dico. Aor. 1. εἶπα. Aor. 2. εἶπον, &c. Ὅ τι, quamobrem. v. 56. Τόσσον poët. geminato σ pro τόσον, adjectiv. neutr. adverbialiter ſumptum: à τόσος & poëticè geminato σ τόσσος, ὁ, tantus, cui reſpondet ὅσος, quantus. Ἐχώσατο, iratus eſt, 3. ſ. aor. 1. med. verb. χώομαι. v. 44. Φοῖβος Ἀπόλλων, Phœbus Apollo. v. 43. & 14.

65. Εἴτ᾽ pro εἴτε, ſive, utrum, an: ex εἰ & τε. verſ. 40. 5. Ἄρ᾽ pro ἄρα particula, quæ hîc expletivè ponitur; alibi tamen ſæpe varia ſignificat. v. 46. Ὅγ᾽ pro ὅγε ille: ex ὁ articul. præpoſitiv. & γὲ particula adjectionis, & expletiva. v. 60. 9. Εὐχωλῆς, ſubaudi ἕνεκα, voti causâ, vel ob votum, g. ſ. ab εὐχωλὴ, ῆς, votum, precatio: ab εὔχομαι, precor, voveo, &c. Ἐπιμέμφεται, conqueritur, 3. ſ. ind. præſ. verb. ἐπιμέμφομαι, incuſo, accuſo, reprehendo, item conqueror, &c. ex ἐπὶ & μέμφομαι, idem. Dicitur quaſi μῶμον φάω, reprehenſionem dico. Hinc. ἐπιμέμφεσθαί τινος. Conqueri ob, vel propter aliquid. Εἴθ᾽ pro εἴτε, ſive, ubi τ per apoſtroph. propter ſequent. vocal. aſpiratam in θ mutatur. Ἑκατόμβης ſubauditur ἕνεκα, ob Hecatomben. g. ſ. ab ἑκατόμβη, ῆς, Hecatombe ſeu ſacrificium centum boum: ex ἑκατὸν, centum, & βοῦς, ὁ καὶ ἡ, bos. Finitus numerus pro infinito. Alii intelligunt ſacrificium ex ἑκατὸν βάσεων, id eſt ποδῶν, in quo immolarentur animalia quadrupeda 25, quorum pedes

numero sunt 100. Ab aliis verò dicitur sacrificium solenne constans centum bobus, id est, centum nummis argenteis, in quibus bos pictus erat.

66. Ἄικεν Dor. pro ἔικεν, si, ubi Dor. α pro ε in priori syllab. ponitur. Fit ex εἰ & κέν. 60. Πως particul. enclit. sine accentu suo circumflexo propter præcedent. penacutam vocem. Nota. πῶς est interrogativum, quomodo? quî? quâ ratione? quo pacto? vel extra interrogationem seu indefinitum, túncque est encliticum significans quodammodo, aliquo modo, &c. Hoc cum particulis εἰ, ἔικε vel Dor. αἴκε vel αἴκεν, μὴ significat forte, ut; ἔι πως, ἔικε vel ἄικε πως, si forte: μή πως, ne forte. Ἀρνῶν, agnorum, g. s. ab ἄρς, ὁ, ἡ, agnus. G. ἀρνός. vel ab ἀρὴν, ἀρένος, & per syncop. ἀρνός. Quod fit ab ἀρὰ, ᾶς, ἡ, votum, quod agni sacrificabantur in votis faciendis. Κνίσσης. g. s. à κνίσση, ἡ, nidor, ustura carnium; item pingvedo, vel adeps, item fumus ex sacrificio: à κνίζω, titillo, quòd nares hic vapor titillatione quadam afficiat. Αἰγῶν, caprarum, g. p. ab ἄιξ. v. 41. Τε, que. v. 5. Τελείων, lectarum, g. p. fœm. adjectiv. τέλειος, ὁ, idem, quod τέλεος, ὁ, perfectus, adultus, lectus, à τέλος, finis.

67. Βέλεται, vult. 3. s. verb. βέλομαι, volo. F. Βελήσομαι à βε partic. augendi, & λάω, video, fruor. Ἀντιάσας, adeptus, particip. aor. 1. act. verb. Ἀντιάω, occurro, obsto, oro, precor, item nanciscor, adipiscor ut hîc. v. 31. Ἡμῖν, nobis, vel à nobis. d. pl. ab ἐγώ. Ἀπὸ præpositio per tmesin hîc sejungitur ab ἀμῦναι, ut sit ἀπαμῦναι, propulsare, vel repellere infin. aor. 1. act. verb. ἀπαμύνω, propulso, propello, repello, depello, arceo, defendo, auxilium fero. Idem significat ἀμύνω simplex, quod dicitur quasi ab α augente, & μύνη, ἡ, prætextus. Λοιγὸν, pestem, acc. s. à λοιγὸς, ὃ, ὁ, pestis, lues pestifera, exitium.

Ἤτοι ὅγ' ὣς εἰπὼν, κατ' ἄρ' ἕζετο. τοῖσι δ' ἀνέστη
Κάλχας Θεστορίδης, οἰωνοπόλων ὄχ' ἄριστος,
Ὃς ᾔδη τά τ' ἐόντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.
Καὶ νήεσσ' ἡγήσατ' Ἀχαιῶν Ἴλιον εἴσω,

Ἡ

Ἣν διὰ μαντοσύνην, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων
Ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο, καὶ μετέειπεν.
Ὦ Ἀχιλεῦ, κέλεαί με, Διῒ φίλε, μυθήσασθαι
Μῆνιν Ἀπόλλωνος ἑκατηβελέταο ἄνακτος.
Τοὶ γὰρ ἐγὼν ἐρέω· σὺ δὲ σύνθεο, καί μοι ὄμοσσον
Ἦ μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν,
Ἦ γὰρ οἴομαι ἄνδρα χολωσέμεν ὃς μέγα πάντων
Ἀργείων κρατέει, καί οἱ πείθονται Ἀχαιοί.
Κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ
Εἴπερ γάρ τε χόλον γε, καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον ὄφρα τελέσσῃ
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι. σὺ δὲ φράσαι, εἴ με σαώσεις.

Ille quidem sic fatus resedit. inter illos verò surrexit
Calchas Thestorides augurum longè præstantissimus,
Qui noverat & præsentia, & futura, & præterita,
Et navibus dux fuerat Græcorum ad Ilium, [pollo :
Suam ob artem vaticinandi, quam ei præbuit Phœbus A-
Qui ipsis benè cogitans concionem habuit, & inter (eos)
O Achilles, jubes me, Jovi chare eloqui [dixit,
Indignationem Apollinis, eminus ferientis regis.
Itaque ego dicam : tu verò paciscere (mecum) & mihi jura,
Te mihi propenso animo, & verbis, & manibus opem laturum.
Profectò n. puto virum ægrè laturum, qui magnum in omnes
Argivos habet imperium, & ei obediunt Græci.
Potentior n. rex *est*, quum irascitur viro inferiori,
Nam etsi iram eo ipso die concoxerit,
In posterum tamen iram retinet, ut ad finem perducat,
In pectore suo. tu igitur vide an me servaturus sis.

68. Ἤτοι, quidem. Idem est hìc quod μέν. Alibi sæpe varia significat, ut; *certè*, *sanè*, *profectò*, *videlicet*, *scilicet*, *aut*, *sive*, *&c.* Fit ex ἤ. v. 27. & τοι particula enclitica & expletiva, ut hic, quæ adverbiis & conjuncti-onibus annectitur sæpe ornatûs tantùm causa : interdum exprimitur *quidem*. Ὅγ' pro ὅγε. ὁ artic. præposit.

pro ἔτ@ positus significat *ille*. v. 65. γ' vel γε hîc expletivè ponitur. Ὡς idem quod ὅτως, sic, hoc modo, hunc in modum, &c. Εἰπὼν, fatus, dicens, vel postquam vel quùm dixisset, particip. aor. 2. verb. ἔπω, dico, &c. Κατ' ἄρ' ἕζετο. ἄρ' pro ἄρα expletivè hîc ponitur. κατ' pro κατὰ per tmesin hic ab ἕζετο sejungitur, ut sit καθέζετο, sedit, resedit, 3. s. imperf. ind. verb. καθέζομαι, sedeo, resideo. v. 48. Τοῖσι inter illos. v. 58. Ἀνέστη, surrexit. 3. s. aor. 2. verb. ἀνίστημι. v. 58.

69. Κάλχας, αντος, ὁ, Calchas. Augur Græcus, qui cum Græcis ad expeditionem Trojæ profectus est: & quoniam divinandi arte plurimùm præstabat, ejus consilio multa gesta sunt. Fit à καλχαίνω, altâ mente cogito. Θεστορίδης, ου, ὁ, Thestorides seu Thestoris filius, à Θέστωρ, ορος, ὁ, Thestor Enopis filius. Οἰωνοπόλων, augurum, g. p. οἰωνοπόλος, ου, ὁ, vates per cantum avium, augur. ab οἰωνὸς, οῦ, ὁ, avis. v. 5. & πολέω, versor. Ὄχ' pro ὄχα, longè, præ cæteris, valde. Ponitur cum Superlativ. augendæ significationis causâ. Fit ab ἔχω, habeo. Usitatius est ἔξοχον & ἔξοχα. quasi ab ἐξέχω, emineo. Ἄριστος, præstantissimus, optimus, superl. grad. adjectiv. ἀγαθὸς, bonus, præstans, ab Ἄρης, ὁ, Mars: unde ἄριστος propriè significat eum, qui se optimè gerit in bello; sic κακὸς, qui est ignavus in bello.

70. Ὃς, qui, artic. postpositiv. relativè sumptus. v. 2. Ἤδη Atticè contract. ex ᾔδεε Ionic. pro ᾔδει, noverat, 3. s. plusq. perf. act. verb. εἴδω, vel εἰδέω, scio. Fut. εἰδήσω. P. εἴδηκα, ας, ε. & per syncop. εἶδα, ας, ε Plusq. perf. εἰδήκειν, εις, ει. Ion. ᾔδεα, ας, ε. & hinc Attic. ᾔδη noveram, & noverat, prim. & tert. sing. plusq. perfecti: ubi in prim. person. Ionicum εα, in tertia verò εε Atticè contrahitur in η. Perf. med. οἶδα, ας, ε. Τά τ' ἐόντα, subaud. πράγματα. τὰ est artic. præposit. acc. pl. n. g. ad rem certam declarandam additus. Τ' pro τὲ, &. v. 5. Ἐόντα, acc. pl. n. g. particip. præsent. tempor. ὢν, Ion. & Poët. ἐὼν, ab εἰμὶ, sum. Τά τ' ἐσσόμενα, & futura. Poët. pro ἐσόμενα geminato σ. acc. pl. n. g. particip. fut. ἐσόμενος & Poët. ἐσσόμενος ab εἰμὶ, sum. Πρό τ' ἐόντα, & ante existentia, pro præterita. Πρὸ est

eſt præpoſitio ſignificans ante ratione loci & temporis. T' pro τε, &c. v. 5.

71. Καὶ, &c. v. 7. Νήεσσ' pro νηεσσὶ, navibus, d. p. Poët. & Ion. à ναῦς, ἡ, navis. v. 12. Ἡγήσατ' pro ἡγήσατο, dux viæ erat, præerat. 3. ſ. aor. 1. med. ἡγέομαι, ἧμαι, præſum, duco, dux ſum viæ, pluris facio, arbitror, puto. F. ἡγήσομαι. Perf. ἥγημαι. Hinc. Ἡγεῖσθαι ναυσί. Ducem viæ eſſe navibus: ducere naves: præeſſe navibus. Fit ab ἄγω, duco, &c. Ἀχαιῶν, Achivorum, Græcorum, ab Ἀχαιός. v. 2. Ἴλιον, Ilium, Trojam acc. ſ. ab Ἴλιον, ου, τὸ, Ilium, Troja: ab Ἶλος, ὁ, Ilus Trois Regis filius. Εἴσω idem eſt quod εἰς, ad, ex quo idem fit ω in fine addito. Cenſetur eſſe poëticum, verùm etiam ſæpe apud Oratores reperitur, apud quos cum genitivo conſtruitur.

72. Ἣν, ſuam, acc. ſ. fœm. pronom. poſſeſſiv. ὃς, ſuus, fœm. ἣ, ſua, neutr. ὃν, ſuum. Poëticè dicitur ἑὸς, ἑὰ, ἑόν. Διὰ, *ob* vel propter hîc ſignificat, alibi tamen cum accuſativo hæc ut plurimùm denotat, *per*, *à*, *ex*, *&c.* Μαντοσύνην acc. ſ. à μαντοσύνη, ης, ἡ, vaticinium, ars vaticinandi, à μάντις. v. 62. Τὴν pro ἣν, quam, ac. ſ. f. artic. præpoſit. relativè poſiti. Οἱ, ei, ipſi, d. ſ. pronom. οὗ, ſui. Accentum amiſit propter præcedent. acutitonam. Πόρε Ion. & poët. pro ἔπορε, dedit, præbuit, 3. ſ. a. 2. ind. verb. πέρω, do, præbeo, ſuppedito. Hinc. Πόρειν τινὶ μαντοσύνην. Dare, vel præbere alicui artem vaticinandi. Fit à πείρω, tranſeo, pertranſeo, tranſadigo, &c. Φοῖβος Ἀπόλλων, Phœbus Apollo. verſ. 43. &. 14.

73. Ὅς, qui. v. 2. Σφιν d. dual. poëtic. pro αὐτοῖς, ipſis. Fit ab οὗ pronom. Εὐφρονέων, bene volens, particip. præſ. verb. εὐφρονέω, ſapio, intelligo, prudens ſum; item bene volo, bene cogito: ab εὖ, bene, & φρονέω, intelligo, cogito, ſapio, ſtatuo, deſidero, curo: à φρὴν, ένος, ἡ, animus, mens. Ἀγορήσατο Ion. pro ἠγορήσατο, concionatus eſt, 3. ſ. aor. 1. m. verb. ἀγορέομαι, concionor, concionem habeo. Fut. ἀγορήσομαι ab ἀγορὰ, ἡ, forum, concio. Καὶ, &c. v. 7. Μετέειπεν, dixit, locutus eſt, Poët. pro μέτειπεν, 3. ſ. aor. 1. vel 2. verb. ἔπω. v. 64.

74. ῏Ω, adverb. vocand. Ἀχιλεῦ Poët. pro Ἀχιλλεῦ v. ſ. ab Ἀχιλλεύς. v. 1.' Κέλεαί με, jubes me. κέλεαι Ion. pro κέλῃ, ubi Ion. loco ῃ ponitur εαι. Iones enim formant ſecund. perſ. præſ. indic. in verbis paſſiv. & mediis in ῃ deſinentem à tertia perſona τ ſublato. Eſt autem 2. ſ. præſ. ind. verb. κέλομαι, idem quod act. κέλω, jubeo, hortor. Fut. κελήσομαι. q. à καλέομαι, ſeu καλέω, ῶ, voco. Μὲ per ephæreſin pro ἐμὲ acc. ſ. ab ἐγώ. Διὶ, Jovi, d. ſ. à Ζεύς. v. 5. Φίλε, chare, dilecte. v. ſ. adjectiv. φίλος. v. 20. Μυθήσασθαι, eloqui, inf. aor. 1. m. verb. μυθέω, loquor, eloquor, narro: à μῦθος.

75. Μῆνιν Ἀπόλλωνος, iram Apollinis, v. 1. 14. Ἑκατηβελέταο Æolic. pro ἑκατηβελέτου, g. ſ. ab ἑκατηβελέτης, ὁ, longè jaculans, eminus feriens: ab ἑκὰς, procul, longè & βολὴ, jactus, à βάλλω, jacio. Sic dictus eſt ſol, qui & ἑκάεργος Il. α. 147. appellatur, quod radii & calor ejus longè operentur terræ ipſius viſcera ſubeuntes ad metallorum productionem. Deducitur etiam ab ἑκατὸν, & βέλος, quòd Phœbus Pythonem centum telis transfixerit. Ἄνακτος, regis, ab ἄναξ. verſ. 7.

76. Τοὶ γὰρ, idem quod τοιγαροῦν, vel μὲν οὖν, itaque, igitur. v. 68. 9. Ἐγὼν Dor. pro ἐγὼ, ego. Ἐρέω, dicam. v. 62. Σὺ δὲ, tu veró. v. 18. Σύνθεο, Ion. pro σύνθεσο, paciſcere. 2. perſ. ſing. imperativ. med. verb. συντίθημι, compono, paciſcor, &c. ex σὺν & τίθημι, pono, &c. Καί μοι, & mihi. v. 7. 20. Ὄμοσσον, Poët. pro ὄμοσον, jura, 2. imp. act. verb. ὀμνύω, vel ὄμνυμι, juro. Fut. ὀμόσω. P. ὤμοκα. Attic. ὀμώμοκα. Aor. 1. ὤμοσα. Hinc. Aor. 1. imper. ὄμοσον, & Poët. geminat. σ. ὄμοσσον, &c.

77. Ἦ μὲν, omnino, equidem, certé. Nota. Ἦ circumflexum eſt particula affirmandi, ſanè, revera, certè, profectò, omnino: aliquando interrogat, utrum? an? anne? Μὲν ei jungitur hîc ornatûs tantùm causâ, nihílque mutat ejus ſignificationem. At ἠμὲν eſt conjunctio copulativa Poëtis uſitatiſſima ſignificans &, cui reſpondet ἠδέ. μοι, mihi. v. 20. Πρόφρων, ὁ, ἡ, benevolus, promptus; item adverbialiter, *benevolè*, promptè, propenſo animo; ut hîc: à πρὸ & φρὴν, ενὸς, ἡ, mens, animus

mus. v. 55. Ἔπεσιν, verbis, dat. pluralis modum significans ab ἔπος, εος, τὸ, verbum, mandatum: ab ἔπω. v. 64. Καὶ, &c. v. 7. Χερσὶν, manibus, d. pl. à χεὶρ. v. 14. Ἀρήξειν, opem laturum esse. Fut. 1. act. infin. verb. ἀρήγω, juvo, auxilior, opem fero propriè in bello; nam ab Ἄρης, ut quidam volunt, deducitur. Secundùm alios fit ab ἄρω, apto. Hinc. Ἀρήγειν τινί. Opem ferre, auxiliari alicui: tueri aliquem.

78. Ἦ revera, profectó. Vid. vers. præced. Γὰρ, enim. v. 9. Ὀΐομαι per diæresin pro οἴομαι. v. 59. Ἄνδρα, virum, acc. s. ab ἀνήρ. v. 7. Χολωσέμεν Ion. pro χολώσειν, ægrè laturum esse, fut. 1. act. infin. verb. χολόω, ῶ. 9. Ὃς, qui. v. 2. Μέγα, valde, idem quod μεγάλως adverbium. Adjectiva n. neutra & singularia & pluralia Atticè usurpantur pro adverbiis. Est a. μέγα neutr. genus adjectiv. μέγας, magnus, amplus,&c. fœm. μεγάλη, magna, ampla. Fit à μὴ & γῆ, ut qui non sit ampliùs περὶ γῆ, sed ὑπεραναβὰς τὴν γῆν, qui non est humilis, ut Martinius inquit. Πάντων, g. pl. à πᾶς. 5.

79. Ἀργείων g. p. ab Ἀργεῖος, ὁ, Argivus, Græcus: ab Ἄργος, εος, τὸ, Argos. 30. Κρατέει, 3. s. ind. præs. incontracta verbi. κρατέω, teneo, apprehendo, vinco, occupo, domo, impero, imperium agito, dominor. Fut. κρατήσω. P. κεκράτηκα. Aor. 1. ἐκράτησα· à κράτος, εος, τὸ, robur. Hinc. κρατεῖν τινος. Imperare alicui: imperium habere in aliquem, &c. Καί οἱ, atque ei. 7. 72. Πείθονται obediunt, 3. p. ind. præs. verb. πείθομαι. 37. Ἀχαιοὶ, Achivi, ab Ἀχαιός. 2.

80. Κρείσσων, ονος, ὁ ϗ ἡ, potentior. Compar. adjectiv. ἀγαθὸς, ὁ, ὁ, bonus, quem mutuatus est à κράτος, εος, τὸ, robur vers. præced. Γὰρ, enim. 9. Βασιλεὺς, rex. Ibid. Ὅτε, quum, quando, adverb. tempor. Hinc fit πότε, ποτὲ, τότε. Χώσεται pro χώεται futurum pro præsenti ind. verb. χώομαι. 44. Ἀνδρὶ, viro, d. s. ab ἀνήρ. 7. Χέρηϊ, inferiori, d. s. pro χερείονι, à χερείων, ονος, ὁ, ἡ, inferior, deterior, pejor. Compar. pro χείρων, pejor, &c. à κακὸς, malus. Poëticum est, & in quibusdam casibus ον tollit, & ει in η vertit, ut hîc. Sic in accusativ. sing. χέρηα pro χερείονα est, ubi ον sublato fit χέρεια,

& ει mutato in η χέρηα. Dicitur à χεὶρ, ἡ, manus, quòd sit quasi κτ̄ χεῖρα ἧττον, manibus inferior: vel secundùm alios διὰ τῶν χειρῶν πορίζων τὸ ζῆν, quòd manibus victum quærat.

81. Εἴπερ, si, quamvis: ex εἰ & περ particula expletiva, quæ aliis orationis partibus annecti solet, & plerunque significat, quamvis, quanquam, tametsi. Interdum respondet latinæ particulæ *cunque*. Sæpe etiam vacat. Γὰρ, enim. Τε particul. expletiv. 5. Χόλον, iram, acc. s. à χόλος, ου, ὁ, ira odium, indignatio, idem est quod χολή. Γε est syllab. adjectiv. 60. Καὶ, &. 7. Αὐτῆμαρ, eodem die. Adverb. ab αὐτὸς ipse cujus neutr. est αὐτὸ, & ἦμαρ, τος, τὸ, dies. Καταπέψῃ concoxerit, 3. s. aor. 1. act. mod. subjunct. verb. καταπέπτω, concoquo propriè, sed hîc metaphoricè dicitur: ex κτ̄ & πέπτω. Attic. πέττω. Æol. πέσσω, coquo. q. πυρὶ ἕψω, igne coquo.

82. Ἀλλά γε, verùm, tamen. 60. 24. Καὶ, &. Μετόπισθεν, postea, in posterum, item alibi, *post*, à *tergo*, *pone*: ex μτ̄ & ὀπίσω, post, retrorsum, retró: ab ἕπομαι, sequor, mutato ε in ο, & spiritu aspero in lenem. Ἔχει, habet, retinet, fovet, ab ἔχω. 14. Κότον, iram, à κότος, ου, ὁ, ira, vel odium inveteratum: à κεῖμαι, jaceo, quod fit quasi χόλος ἀπόθετος, ira recondita: à κότος fit κοτέω, irascor. Fut. έσω. Ὄφρα, ut, donec, cui respondet τόφρα, tam diu. Τελέσσῃ Poët. pro τελέσῃ, perficiat, ad finem perducat, 3. s. aor. 1. act. mod. subj. verb. τελέω. 5.

83. Ἐν, in. 14. Στήθεσιν Poët. geminat. σ pro στήθεσι, pectoribus, d. p. à στῆθος, εος, τὸ, pectus. q. à στῆναι, stare, quia pectus, stat quasi immotum, nec inflectitur. ut aliæ corporis partes. Ἑοῖσι Ion. pro ἑοῖς, suis, d. p, n. g. pron. possessiv. ἑὸς, suus. 72. Σὺ δὲ, tu igitur. 18. 3. Φράσαι, vide, aor. 1. m. imperat. verb. φράζομαι video, perspiceo, intelligo, ab act. φράζω, dico, dissero, eloquor, expono, ostendo. Fut. φράσω. P. πέφρακα. Εἴ με, an me. 40. 32. Σαώσεις, servabis seu servaturus es, 2. s. fut. 1. act. ind. verb. σαώζω, salvum reddo, servo. Poët. pro σώζω, idem. Them. σόος, ου, ὁ, salvus.

Τὸν

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.
Θαρσήσας μάλα εἰπὲ θεοπρόπιον, ὅ, τι οἶσθα·
Οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλωνα Διὶ φίλον, ᾧ τε σὺ Κάλχας
Εὐχόμενος Δαναοῖσι θεοπροπίας ἀναφαίνεις,
Οὔτις ἐμεῦ ζῶντος, καὶ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο,
Σοὶ κοίλῃς παρὰ νηυσὶ βαρείας χεῖρας ἐποίσει
Συμπάντων Δαναῶν· οὐδ' ἢν Ἀγαμέμνονα εἴπῃς
Ὃς νῦν πολλὸν ἄριστος ἐνὶ στρατῷ εὔχεται εἶναι.
Καὶ τότε δὴ θάρσησε, καὶ ηὔδα μάντις ἀμύμων.
Οὔτ' ἄρ ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, οὔθ' ἑκατόμβης·
Ἀλλ' ἕνεκ' Ἀρητῆρος, ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων,
Οὐδ' ἀπέλυσε θύγατρα, καὶ οὐκ ἀπεδέξατ' ἄποινα.
Τοὔνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκεν ἑκηβόλος, ἠδ' ἔτι δώσει.
Οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει
Πρίν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κούρην
Ἀπριάτην, ἀνάποινον, ἄγειν θ' ἱερὴν ἑκατόμβην
Ἐς Χρύσην· τότε κέν μιν ἱλασσάμενοι πεπίθοιμεν.

Illum v. respondens allocutus est pedibus celer Achilles.
Confisus valde dic vaticinium, quodcunque novîsti.
Nam per Apollinem Jovi charum, cui tu Calchas
Vota faciens Græcis vaticinia aperis,
Nullus me vivente, & super terram vidente
Tibi concavas apud naves graves manus inferet
Ex omnibus Græcis, ne si Agamemnonem quidem dixeris,
Qui nunc longè præstantissimum *se* in exercitu gloriatur esse.
Tunc v. fiduciam concepit, & dixit Vates inculpabilis.
Neque *ob* votum ille conqueritur, neque *ob* Hecatomben,
Sed propter Sacerdotem, quem ignominiâ affecit Agamemnon,
Neque dimisit filiam, neque accepit dona redemptionis.
Ideò dolores dedit Apollo, atque etiam dabit:
Neque ille priùs à pestilentia graves manus abstinebit.
Quàm patri charo reddatur nigris oculis puella
Non redempta, absque donis, adducatúrque sacrum scri-
Ad Chrysam, tunc v. ipsum placantes flectemus. [ficium

84. Τὸν

84. Τὸν idem quod τῦτον, hunc vel illum. acc. ſ. artic. præpoſit. v. 9. Δ' pro δὲ, veró. 3. Ἀπαμειβόμενος, reſpondens, particip. præſ. verb. ἀπαμείβομαι, reſpondeo, iterum, vel viciſſim ſeu rurſus reſpondeo : ex ἀπὸ & ἀμείβομαι, quod fit ab activ. ἀμείβω, commuto, permuto, reſpondeo, rependo, remunero, do, dono. Προσέφη, allocutus eſt, 3. ſ. aor. 2. verb. προσφημι, alloquor: ex πρὸς, ad, & φημὶ, aio, dico, loquor. Πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς, pedibus celer Achilles. 58.

85. Θαρσήσας μάλα, confiſus valde, ſumma cum fiducia, intrepidé. Θαρσήσας eſt particip. aor. 1. verb. θαρσέω. Attic. θαῤῥέω, audax ſum, fiduciam capio ſeu ſumo. F. θαρσήσω. Attic. θαῤῥήσω. P. τεθάρσηκα. At. τεθάῤῥηκα. Aor. 1. ἐθάρσηκα. At. ἐθάῤῥησα. Fit à θάρσος, εος, τὸ, fiducia, audacia, à θέρω, calefacio. F. Æol. θέρσω· unde Æoles dicunt θέρσος pro θάρσος, οἱ γὰρ θερμοὶ καὶ θρασεῖς. Μάλα, valdè, multùm, 16. Εἰπὲ, dic. imper. aor. 2. verb. ἔπω. Θεοπρόπιον, vaticinium, acc. ſ. à θεοπρόπιον, ου, τὸ, prædictio divina, oraculum, vaticinium, a θεοπρόπος, ὁ vates. q. ὁ τοῖς θεοῖς πρέποντα λέγων, ſeu paucis à θεὸς & πρέπω, excello, decorus ſum : vel fit quaſi παρὰ τὸ θεόθεν προείπειν, à divinitus prædicendo: vates enim à Deo inſpirati futura prædicunt. Ὅ, τι, quod, quodcunque ex ὃ articul. poſtpoſitiv. neutro nunc accuſativ. casûs, & indefinito neutro τί. Scribitur commate intermedio ad diſtinction. conjunctionis ὅτι, quòd, &c. Οἶσθα, noviſti. 2. ſ. perf. med. per ſyncop. ex Æol. οἴδασθα facta, quæ fit ex communi οἶδας per pleonaſm. θα in fine addita. Eſt enim pleonaſmus Æolic. θα perſonæ in ς deſinenti. Fit ab εἴδω, vel εἰδέω, ſeu εἴδημι, ſcio. 70.

86. Οὐ vel οὐκ ὅτις, non ullus, vel nullus. Plures negationes apud Græcos vehementiùs plerunque negant. 20. Μὰ eſt adverb. jurand. & ſignificat *per*, ut hîc. Γὰρ, enim, nam. 9. Ἀπόλλωνα, Apollinem, ab Ἀπόλλων. 14. Διὶ, Jovi. d. ſ. a Ζεύς. 5. Φίλον, charum, à φίλος, ὁ, charus. 20. Ὧτε, cui. d. ſ. maſc. artic. poſtpoſitiv. relativè poſiti. 2. Τε eſt adiect. ſyllabica & expletiva. 5. Σὺ Κάλχας, tu Calchas. 18. 69.

87. Εὐ-

87. Εὐχόμϑνος, vota faciens, dum vota facis, particip. præſ. verb. εὔχομαι 43. Δαναοῖσι pro Δαναοῖς. Græcis. d. p. à Δαναός. 42. Θεοπροπίας, vaticinia, acc. pl. à θεοπροπία, ἡ, idem, quod θεοπρόπιον, ου, τό, vaticinium. 85. Ἀναφαίνεις aperis, ab ἀναφαίνω, oſtendo, exhibeo, aperio: ex ἀνὰ, & φαίνω, apparere facio, luceo, defero, accuſo, φαίνομαι, appareo: à φάω, luceo. Hinc. ἀναφαίνειν τὰς θεοπροπίας. Aperire vaticinia vel prædictiones.

88. Οὔτις, nullus, ex οὐ, non, & τις indefinit. aliquis. Ἐμεῦ ζῶντος, me vivente, dum ego vivo. ἐμεῦ Dor. pro ἐμοῦ, ab ἐγώ Ζῶντος, g. ſ. particip. præſ. temp. ζῶν, à ζάω, vivo, vigeo. F. ζήσω. P. ἔζηκα. Καὶ, &. v. 7. Ἐπὶ, ſuper. 55. Χθονὶ, terram, d. ſ. à χθὼν, ἡ, terra, quaſi χῶν, à χῶ, capio, excipio, quòd terra ſinu ſuo omnia excipiat. Δερκομένοιο, vidente, g. ſ. Ion. pro δερκομένου, à δερκόμενος, videns, particip. præſ. verb. δέρκομαι, video, à δέρκω, idem. Fut. δέρξω. P. δέδερχα. Fut. 2. δρακῶ. Aor. 2. ἔδρακον. P. m. δέδορκα, per metatheſin pro δέδρκα.

89. Σοὶ, tibi à σὺ, tu. Κοίλῃς Ion. pro κοίλαις, d. fœm. adject. κοῖλος, concavus. Παρὰ νηυσὶ, apud naves. Ibid. Βαρείας, graves, acc. pl. fœm. adjectiv. βαρὺς, ὁ, gravis: fœm. βαρεῖα, ἡ, gravis: neutr. βαρὺ, τὸ, grave, ponderoſum, moleſtum, &c. à βάρος, εος, τὸ, pondus, moleſtia: quia βίᾳ αἴρεται, vi ac robore tollitur. Χεῖρας, manus, à χεὶρ, ἡ, manus. 14. Ἐποίσει, injiciet, inferet, 3. ſ. f. 1. act. verb. ἐπιφέρω, infero iniicio: ex ἐπὶ & φέρω, fero, &c. Hinc. ἐπιφέρειν τινὶ χεῖρας. Injicere, vel inferre alicui manus.

90. Συμπάντων, omnium, g. p. à σύμπας, ὁ, omnis, univerſus: ex σὺν & πᾶς, 5. ubi ν vertitur in μ euphoniæ causà. Δαναῶν, Danaorum ſeu Græcorum, g. p. à Δαναός. 42. Οὐδ' pro οὐδὲ, neque: ex οὐ, non, & δὲ, que. 3. Ἤν, ſi, conjunctio Ionica pro ἂν, quæ fit per aphæreſin ex ἐὰν, ſi. Ἀγαμέμνονα, acc. ſ. ab Ἀγαμέμνων, ὁ, Agamemnon. 24. Εἴπῃς, dixeris, 2. ſ. aor. 2. verb. ἔπω.

91. Ὅς νῦν, qui nunc. 37. 59. Πολλὸν Poët. pro πολὺ, longé. 3. Ἄριστος, præſtantiſſimus, adjectiv. ſuperlativ. grad. 69. Ἐνὶ, in. 30. Στρατῷ, exercitu, d. à στρατὸς, ὁ, exercitus. verſ. 10. Εὔχεται, fertur, cum gloriatione dicitur, &c. 3. ſ. ind. præſ. verb. εὔχομαι. 43 Εἶναι eſſe ab εἰμί.

cornix, quæ est avis nigra. Eadem vox redditur etiam *summitas* in curvamine arcûs, & generaliter quævis summitas: etiam inflexum illud, quod in navis puppi visitur, item quicquid inflexum est, item corona. Οὐδὲ, neque. 90. Σ' pro σὲ, te, à σύ. Οἴω, puto. 59.

171. Ἐνθάδ' pro ἐνθάδε, hîc: ex ἔνθα & δέ. Ἄτιμος, sine honore: honoris expers, ignominiâ affectus: ex α priv. & τιμὴ, ἡ, honor, à τίω. Ἐὼν Ion. pro ὢν particip. verb. εἰμί. Ἄφενος, opes, ac. s. ab ἄφενος, εος, τὸ, divitiæ, opes, sed propriè *census* vel *reditus unius* anni. Dicitur etiam in mascul. genere, ut; ὁ ἄφενος, ου. Fit q. ἀφ' ἑνὸς ἔτους, uno anno collectum. Καὶ, &. Πλοῦτον, à πλοῦτος, ὁ, divitiæ. Dicitur q. πολύετος, ὅτι ex πολλῶν ἐτῶν δεῖ συνηγμένος, longo n. tempore & vix tandem colligi videntur divitiæ: aut quòd in multos annos colligantur. Hoc a. differunt ἄφενος & πλοῦτος, quòd illud significat divitias uno anno, & sine magno labore, hoc a. multis annis & magno labore, partas. Ἀφύξειν, exhausturum, vel acquisiturum esse. f. 1. infin. verb. ἀφύσσω, haurio, exhaurio, & metaphoricè acquiro: ab ἀφύω, idem, quod fit ex ἀπὸ & ὕω, pluo.

Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτα ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων.
Φεῦγε μάλ', εἴ τοι θυμὸς ἐπέσσυται· οὐδέ σ' ἔγωγε
Λίσσομαι εἵνεκ' ἐμεῖο μένειν· πάρ' ἔμοιγε καὶ ἄλλοι,
Οἵ κέ με τιμήσουσι· μάλιστα δὲ μητίετα Ζεύς.
Ἔχθιστος δέ μοι ἐσσὶ διοτρεφέων βασιλήων.
Αἰεὶ γάρ τοι ἔρις τε φίλη, πόλεμοί τε, μάχαι τε
Εἰ μάλα καρτερός ἐσσι, θεός που σοὶ τόγ' ἔδωκεν
Οἴκαδ' ἰὼν σὺν νηυσί τε σῇς, καὶ σοῖς ἑτάροισι,
Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε, σέθεν ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω,
Οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος, ἀπειλήσω δέ τοι ὧδε.
Ὡς ἔμ' ἀφαιρεῖται Χρυσηΐδα Φοῖβος Ἀπόλλων,
Τὴν μὲν ἐγὼ σὺν νηΐ τ' ἐμῇ, καὶ ἐμοῖς ἑτάροισι
Πέμψω, ἐγὼ δέ κ' ἄγω Βρισηΐδα καλλιπάρῃον,
Αὐτὸς ἰὼν κλισίηνδε, τὸ σὸν γέρας, ὄφρ' εὖ εἰδῇς
Ὅσσον φέρτερός εἰμι σέθεν, στυγέῃ δὲ καὶ ἄλλος
Ἶσον ἐμοὶ φάσθαι, καὶ ὁμοιωθήμεναι ἄντην.

Huic

Huic deinde respondit rex virorum Agamemnon.
Fuge citò, si tibi animus incitatus est: neque te ego
Precor gratiâ mei manere: apud me *sunt* & alii,
Qui me honorabunt, potissimum v. sapientissimus Jupiter.
Inimicissimus v. mihi es nobilissimorum principum.
Perpetuò enim tibi contentio grata, belláque, pugnæque.
Si valde fortis es, Deus certè tibi hoc dedit.
Domum reversus cum navibus tuis & tuis sociis,
Myrmidonibus impera, te n. ego non curo,
Neque tui irati rationem habeo: minabor v. tibi sic,
Quia à me aufert Chryseida Phœbus Apollo,
Hanc quidem ego cum nave mea, & meis sociis
Dimittam; ego v. abducam Briseida pulchrigenam
Ipse veniens ad tentorium, tuum præmium, ut bene no-
Quanto potentior sum te, horreat v. & alius [scas
Ex æquo mecum loqui, & similem se facere ex adverso.

172. Τὸν δ' ἠμείβετ' ἔπειτ'. 121. Ἄναξ ἀνδρῶν. 7. Ἀγαμέμνων. 24.

173. Φεῦγε, 2. s. imper. præs. verb. φεύγω, fugio. 60. Μάλ' pro μάλα, citò. 16. 85. Εἰ, si. Τοι, tibi. 28. Θυμὸς, animus. 24. Ἐπέσσυται, incitatus est, 3. s. p. pass. per metathesin pro ἐπισέσυται, verb. ἐπισύω, incito, impello: ex ἐπὶ & σύω poët. ablato ε pro σεύω, moveo. F. σεύσω. Aor. 1. ἔσευα. P. σέσευκα. P. pass. σέσευμαι, & abjecto ε σέσυμαι, & metathesi ἔσσυμαι. Them. σείω, moveo. Οὐδὲ, neque. 90. Σ' pro σὲ, te, à σύ. Ἔγωγε. Attic. pro ἐγὼ, ego.

174. Λίσσομαι, precor. 15. Εἵνεκ' pro εἵνεκα poët. pro ἕνεκα, causâ vel propter. 11. Ἐμεῖο Ion. pro ἐμοῦ ab ἐγώ. Μένειν, manere, à μένω. 1. Hinc. Μένειν ἐνιαχοῦ ἕνεκά τινος. Manere alicubi propter aliquem, vel alicujus gratià. Παρ' pro παρὰ, apud. Παρὰ cum dativo præter *apud* significat etiam *inter*, *in*, &c. Ἔμοιγε Attic. pro ἐμοὶ, ab ἐγὼ Atticè ἔγωγε. καὶ ἄλλοι. 7. 17.

175. Οἳ, qui. 2. Κὲ poët. pro ἂν. 60. Μὲ ab ἐγώ. Τιμήσουσι, 3. pl. f. 1. verb. τιμάω, ῶ, honoro, honore afficio. F. τιμήσω. Aor. 1. ἐτίμησα. Hinc. Τιμᾶν τινα. Honorare, vel honore afficere aliquem. Μάλιστα. 16.

Δὲ.

Δέ. 3. Μηλιέτα, vocat. per antiptoſin pro nominativo μηλιέτης, ὁ, prudens, ſapiens: à μῆτις, εως, ἡ, conſilium, deliberatio: à μήδομαι, curo, delibero, molior. Ζεύς. 5.

176. Ἔχθιστος, ſuperl. adject. ἐχθρὸς, ὁ, inimicus. Compar. ἐχθίων ab ἔχθος, τὸ, odium. Ἐσσὶ pro εἶ, ab εἰμὶ, ſum. Διοτρεφέων, g. pl. à Διοτρεφὴς, à Jove nutritus, nobiliſſimus. Eſt epithetum regum, vel quòd originem à Jove ducant, vel quòd ab eo regnum ſint adepti. Fit à Διὸς, Jovis. 5. & τρέφω. Βασιλήων, g. pl. à βασιλεὺς, rex. 9.

177. Ἀεὶ, ſemper, perpetuó. 52. Τοὶ Dor. pro σοὶ, à σύ. Ἔρις, contentio. 8. Τὲ, que. 5. Φίλη, grata. 20. Πόλεμοι, bella, à πόλεμος, ὁ, bellum. 61. Μάχαι, pugnæ, à μάχη, ἡ, pugna. 6.

178. Εἰ, ſi. 40. Μάλα, valde. 85. Κάρτερος, ὁ, per metatheſin pro κράτερος, fortis, item vehemens, durus: à κράτος, εος, ἡ, victoria. Ἐσσὶ poët. pro εἶ, es. 176. Θεός, ȣ. Πȣ particula enclitica, alicubi, uſpiam, item certè ut hìc: interdum vacat: hinc δήπȣ & δήπȣθεν, nimirum, certe: hinc etiam ὅπȣ, ubi. Vid. Lucian. I, 1. Σοὶ d. à σύ. Τόγ' pro τόγε, idem quod τȣ̃το. 9. 60. Ἔδωκεν, 3. ſ. aor. 1. act. verb. δίδωμι, do.

179. Οἴκαδ'. 19. Ἰὼν, reverſus. 139. Σὺν, cum. 170. Νηυσὶ, navibus. 26. Τὲ. 5. Σῇς Ion. pro σαῖς, tuis, d. pl. fœm. à σὸς, tuus. κ) &, σοῖς, tuis à σός. Ἑτάροισι, Ion. & Poët. pro ἑταίροις, ubi Poët. in penult. ι tollitur ad efficiend. ſyllab. brevem; in fine verò ι Ionicè additur. Eſt a. d. pl ab ἑταῖρος, & Poët. ἕταρος, amicus, ſocius, ſodalis: aliquando adminiſter: ab ἔτης, ἔτȣ, ſocius.

180. Μυρμιδόνεσσιν, Poët. Μυρμιδόσι, Myrmidonibus, d. pl. à Μυρμιδὼν, δόνος, ὁ. Myrmidon, à μύρμηξ, formica. Dicuntur a. inde Myrmidones populi Theſſaliæ, qui Achillem ſecuti ſunt ad bellum Trojanum, quòd eſſent agricolæ ſtrenui, perpetuóque in fodienda terra formicarum more verſarentur. Vid. Strabon. lib. 7. Poëtæ a. de horum origine variè fabulantur. Alii n. ſic dictos putant à Myrmidone rege, Jovis & Corymoſæ

Nymphæ

Nymphæ filio, quem etiam poſt Cecropem Athenienſium regem fuiſſe tradunt. Alii à Myrmice puella in Attica regione, quæ cum ob caſtimoniam & ſolertiam gratiſſima eſſet Minervæ, contigit, ut aratrum in odium Cereris à Minerva conditum omnibus oſtenderet: quapropter dea irata in formicam eam transformavit, quæ cum multitudinem procreâſſet, evenit, ut morientibus Theſſalis, regnante Æaco, in homines mutarentur. Nam Æacus cum in arbore fici formicas ſeu Μύρμηκας vidiſſet, optavit tot ſibi ſocios evenire, & ſtatim formicæ in homines verſæ ſunt. Ἄνασσε, impera, ab ἀνάσσω. 38. Σέθεν, Poët. pro σοῦ, g. ſ. à σὺ, tu. Δ' pro δέ. 3. Ἐγὼ, ego. Οὐκ, non. 24. Ἀλεγίζω, curo. 160.

181. Οὐδ' pro οὐδὲ, neque. Ὄθομαι, rationem habeo, item curo, moveor: ab ὄθη, cura. Κοτέοντος, irati, g. ſ. à κοτέων particip. verb. κοτέω, iraſcor, à κότος, ira. Ἀπειλήσω, fut. verb. ἀπειλέω. 160. Δὲ, autem, 3. Τοι Dor. pro σοὶ, à σύ. Ὧδε, ſic, hoc modo. Adverb.

182. Ὡς idem puod ἐπειδὴ, quia, nam, quandoquidem. Ἐμ' pro ἐμὲ, accuſativ. pro genitivo & præpoſit. Ἀπ' ἐμοῦ per conſtructionem Atticam, ab ἐγώ. Ἀφαιρεῖται, aufert 3. ſ. ind. præſ. verb. ἀφαιρέομαι, οῦμαι, aufero 161. Χρυσηΐδα, Chryſeidem, ac. ſ. à Χρυσηΐς. 111. Φοῖβος Ἀπόλλων. 43.

183. Τὴν pro ταύτην, hanc. 29. Μὲν, quidem. Ἐγὼ, ego. Σύν. 170. Νηΐ, d. ſ. Ion. à ναῦς. 26. Τ' pro τὲ expletivè ponitur. Ἐμῇ d. ſ. fœm. pron. ἐμός. Καὶ, &. Ἐμοῖς d. pl. ab ἐμός. Ἑτάροισι. 179.

184. Πέμψω, mittam, à πέμπω, mitto, dimitto, veho, duco, deduco, &c. Ἐγὼ, ego. Δὲ, veró. Κ' pro κὲ Poët. pro ἂν. 60. Ἄγω, abducam. 1 ſ. ſubj. præſ. verb. ἄγω, duco. Βρισηΐδα καλλιπάρῃον. 322. 143.

185. Αὐτὸς, ipſe. 4. Ἰὼν, veniens. 138. Κλισίηνδε, idem quod εἰς τὴν κλισίαν, ad tentorium. 54. Fit ex κλισίην Ion. pro κλισίαν, ac. ſ. à κλισία, ἡ, locus aliquis accubitûs, ſtatio, tentorium: à κλίνω, inclino, incumbo, & δε pro εἰς. 3. Τὸ artic. præpoſit. n. g. acc. casûs ab ὁ. Σὸν, acc. ſ. n. g. à σός. Γέρας, præmium. Ὄφρ'

 pro

pro ὄφρα, ut. 82. Εὖ, bene. Εἰδῇς. 2. f. subj. verb. εἴδω. 71.

186. Ὅσσον poët. pro ὅσον, quantò adverb. ab ὅσος. Φέρτερος, potentior, validior: adject. compar. grad. à verb. φέρω. Εἰμὶ, sum. Σέθεν pro σοῦ, à σὺ, tu. 180. Στυγέῃ, horreat. timeat, 3. f. subj. verb. Στυγέω, ab inusit. στύγω. F. στύξω. Odi, timeo, horreo, tristor: hinc Στὺξ, γὸς, ἡ, Styx, palus apud inferos. Δὲ, verò. 3. Καὶ ἄλλος. 7. 17.

187. Ἶσον, ex æquo, adject. neutr. adverbialiter sumptum pro ἴσως· potest esse etiam adject. neutr. substantivè positum subauditâ præpositione κατά. Ἐμοὶ, ab ἐγώ. Φάσθαι, loqui, infin. aor. 2. m. ἐφάμην, à φημί: Καὶ, &. Ὁμοιωθήμεναι Dor. pro ὁμοιωθῆναι, similis fieri, vel similem se facere. Aor. 1. pass. verb. ὁμοιόω, assimilo, similem facio: ab ὅμοιος, similis. Ἄντην, ex adverso, è contrariò; item *coram*, *palam*, ab ἀντί.

Ὣς φάτο· Πηλείωνι δ' ἄχος γένετ', ἐν δέ οἱ ἦτορ
Στήθεσσιν λασίοισι διάνδιχα μερμήριξεν,
Ἤ ὅγε φάσγανον ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ,
Τοὺς μὲν ἀναστήσειεν, ὁ δ' Ἀτρείδην ἐναρίξοι,
Ἦε χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν.
Ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα, καὶ κατὰ θυμὸν,
Ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος· ἦλθε δ' Ἀθήνη
Οὐρανόθεν· πρὸ γὰρ ἧκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
Ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε κηδομένη τε.
Στῆ δ' ὄπιθεν, ξανθῆς δὲ κόμης ἕλε Πηλείωνα,
Οἴῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὔτις ὁρᾶτο.
Θάμβησεν δ' Ἀχιλεὺς, μετὰ δ' ἐτράπετ', αὐτίκα δ' ἔγνω
Παλλάδ' Ἀθηναίην, δεινὼ δέ οἱ ὄσσε φάανθεν·
Καί μιν φωνήσας ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

ipsi in
Sic locutus est. Achilli v. dolor obortus est, animus v.
Pectoribus hirsutis bifariam cogitavit:
Utrum ipsemet gladium acutum educens è femore. i. e.
è vagina ad femur pendente.
Illos quidem disturbaret, ipse v. Atridem interficeret,
An iram sedaret, compesceretque impetum animi.

Dum

Dum ille hæc volvebat mente & animo, [nerva
Trahebat a. è vagina magnum gladium, venit tunc Mi-
E cœlo; nam præmisit *eam* dea alba ulnis Juno.
Ambos pariter animo amánsque curánsque [lem,
Stetit a. à tergo, flavámque *per* comam prehendit Achil-
Soli apparens: cæterorum v. nullus videbat.
Obstupuit v. Achilles,, retróque conversus est, protinúsque *eam* agnovit
Palladem Minervam, terribiles v. oculi ei micuerunt:
Et ipsam editâ voce verbis alatis allocutus est.

188. Ὣς pro οὕτως, sic. Φάτο Ion & Poët. pro ἔφατο, dixit, 3. s. aor. 1. m. verb. φημί. Πηλεΐωνι, Peleoni, Achilli, d. s. à Πηλεΐων, Peleon seu Achilles. Est nomen Patronymicum Ionicum à Peleo patre ejus, idémque est, quod Πηλείδης. 1. Ἄχος, εος, τὸ, dolor, tristitia, perturbatio, calamitas: aliquando culpa, cujus causâ dolor aliquis immititur. Fit ex α priv. & χαίνω, dehisco, quod faciat, ut ne quis vel hiscat: vel ex α epitatico & χῶ è χέω, fundo, est n. ἄχος ἡ ἄγαν σύγχυσις, inquit Eustath. ad quam Etymolog. alludit Homerus Ιλ. υ. 381. Καδδ' ἄχος οἱ χύτο μυελὸν ὀφθαλμοῖσι, dolor ei offusus est plurimus oculis. Γένετ' pro ἐγένετο, obortus est, 3. s. aor. 2. m. verb. γίνομαι. Ἐν δέ οἱ ἦτορ στήθεσσιν, pro ἦτορ δέ οἱ ἐν στήθεσσιν, &c. Ἐν, in 14. Δὲ, vero. 3. Οἱ pro αὐτῷ 72. Ἦτορ, ορος, τὸ, cor, animus. Eustath. indeclinabile esse ait. Fit ab ἄω, spiro.

189. Στήθεσσιν, pectoribus. 83. Λασίοισι Ion. pro λασίοις, d. pl. n. g. adject. λάσιος, hirsutus: à λάχνη, ἡ, lanugo. Διάνδιχα, idem quod διχῶς, bifariam, duobus modis: ex διὰ & ἄνδιχα contractè ex ἀνάδιχα, ex ἀνὰ & δίχα, à δὶς, quod per syncop. fit è δυάκις, a δύο, duo. Hinc. διχάζω, divido. Μερμήριξεν Poët. pro ἐμερμήριξεν, 3. s. aor. 1. act verb. μερμηρίζω, cogito, solicitè cogito, delibero, anxiè dubito: μέρμηρα, ἡ, cura, angor, consilium, quod fit à μερμαίρω & μερμέρω, idem, quod fit *per* reduplicationem primar. literar. a μείρω.

190. Ἦ, utrum. 27. Ὅγε, ipse, idem quod αὐτός. 93. Φάσγανον, gladium, ac. s. à τὸ φάσγανον, per hy-

 per-

pertithesin literarum, à σφάζω, interficio, jugulo, quod fit à φάω, idem. Ὀξὺ acutum, ac. s. n. g. adj. ὀξὺς, acutus. Ἐρυσσάμενος Poët. pro ἐρυσάμενος, educens, extrahens, particip. aor. 1. m. verb. ἐρύω. 141. Παρὰ, é. Nota. παρὰ cum genitivo hæc plerunque significat, *è, ab, è, ex, de, præ, supra*, &c. Μηροῦ, g. s. à μηρὸς, ὁ, femur. 40.

191. Τοὺς idem quod ἐκείνους, illos. 9. Μὲν, quidem. 18. Ἀναστήσειεν, 3. s. aor. 1. act. opt. Æol. pro ἀναστήσαιεν ab ἀνίστημι, excito, suscito, expergefacio, elevo, erigo, instauro, reparo, disturbo ut hîc: ex ἀνὰ & ἵστημι. Ὁ pro αὐτὸς, ipse. 9. Δ' pro δέ. 3. Ἀτρείδην, Atridem. 7. Ἐναρίζοι, interficeret, 3. s. aor. 1. act. optat. verb. ἐναρίζω, interficio, spolio. F. ἐναρίσω ab ἐναίρω, idem, quod fit ab Ἄρης, ὁ, Mars, quod venit ab αἴρω, tollo, quia Mars populum tollit è medio.

192. Ἠὲ, an. 27. χόλον, iram, à χόλος, ου, ὁ, ira. Παύσειεν Æol. pro παύσαι, 3. s. aor. 1. act. verb. παύω, sedo, cessare facio, finio. Hinc. παύειν τὸν χόλον, sedare iram: desinere irasci. Ἐρητύσειε, 3. s. aor. 1. Æol. optat. verb. ἐρητύω, cohibeo, compesco, reprimo, sedo, detineo. Hinc. ἐρητύειν τὸν θυμόν. Cohibere vel compescere impetum animi. Τὲ, que. 5. Θυμὸν, animum, vel impetum animi, ac. s. à θυμός. 24.

193. Ἕως, dum, interea dum, Ὁ pro οὗτος, ille. 9. Ταῦθ' pro ταῦτα, hæc, acc. pl. n. g. pron. οὗτος, hic, ille. Ὥρμαινε, volvebat, 3. s. imperf. verb. ὁρμαίνω, in animo volvo, cogito, revolvo, &c. ab ὁρμὴ, ἡ, impetus, quod fit mutato spiritu ab ὦρμαι, perf. passiv. verb. ὄρω, concito, excito. Κατὰ cum accusativo variè redditur, ut; *secundùm, juxta, ad, pro, more, in, per.* Ablativo etiam solo, ut hîc, & adverbio effertur. Articulum quoque recipit à fronte subaudito post se participio, &c. Φρένα, acc. s. a φρὴν. 55. Καὶ, &. Θυμὸν à θυμός. 24. Nota. κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν ἐκ παραλλήλου hîc ponuntur. Hinc. ὁρμαίνειν τι κατὰ φρένα καὶ θυμόν. Volvere vel agitare aliquid mente & animo.

194. Ἕλκετο, Poët. pro εἵλκετο, trahebat, 3. s. imperf. m. verb. ἕλκω, traho. Ἐκ, é. 6. Κολεοῖο Ion. pro

κολεοῦ,

κολεῦ, g. ſ. à κολεὸς, ὁ, vagina : à κοῖλ☉, cavus. Μέγα, magnum, acc. ſ. n. g. adj. μέγας. 78. Ξίφ☉, acc. ſ. à ξίφ☉, εος, τὸ, gladius, enſis. Hinc. ἕλκειν μέγα ξίφος ἐκ κολεῦ. Trahere magnum gladium è vagina. Ἦλθε, venit. 12. Δ' pro δὲ, autem. 3. Ἀθήνη, Minerva. Dicitur quaſi ἀθήλη, quæ non ubera ſuxit, quòd ex Jovis capite proſiliens integræ puellæ ætatis, ut lactaretur, non neceſſe habuit. Dicitur etiam Ἀθηνᾶ, ᾶς, ἡ, q. ab Ἀθηνάα. Sic & Ἀθηναίη, ης, ἡ, ut & Ἀθηνεία, Minerva.

195. Οὐρανόθεν, cœlitus, è cœlo. Adverb. Atticum ex ὐρανὸς, ὁ, cœlum, & particula θεν, quæ nominibus juncta ſignificat de loco. Fit a. ὐρανὸς ab ὖρος Ion. pro ὅρος, terminus, quia cœlum terminat aſpectum noſtrum. Πρὸ per tmeſin pertinet ad ἧκε, ut ſit προῆκε, præmiſit (ſcil. eam) 3. ſ. aor. 1. act. verb. προΐημι, præmitto, dimitto; item erogo, utendum do, credo, fœnero: ex πρὸ, & ἵημι, mitto. Γὰρ, enim. Θεὰ, dea. 1. Λευκώλενος Ἥρη. 55.

196. Ἄμφω, ambos, utróſque. Eſt diptoton & omnis generis, ut; ἄμφω, ἀμφοῖν. Fit ab ἀμφὶς, utrinque. Ὁμῶς, pariter, ab ὅμος, ſimilis. Θυμῷ, animo. 24. Φιλέουσα, amans, particip. fœm. incontr. præſ. verb. φιλέω, ῶ, amo. Κηδομένη, curans, particip. præſ. fœm. m. verb. κήδομαι, curo. 56. Τὲ, τὲ hic per Polyſyndeton ponuntur, ſignificántque, que, que. 5.

197. Στῆ Poët. ablato augmento pro ἔστη, ſtetit, 3. ſ. aor. 2. verb. ἵστημι, ſtatuo, pono, ſtare facio, &c. Δ' pro δὲ, autem. 3. Ὄπιθεν ſive Ion. ſive Dor. pro ὄπισθεν, retrò, poſt à tergo: ab ὀπίσω, retrorſum. Ξανθῆς, g. ſ. f. adj. ξανθὸς, ὁ, flavus, floridus : ab ἄνθος, τὸ, flos, præpoſito ξ. Δὲ, &. 3. Κόμης, g. ſ. à κόμη, ης, ἡ, coma. 36. Ἕλε Poët. pro εἷλε, 3. ſ. aor. 2. verb. αἱρέω, capio. Hinc. ἑλεῖν τινα κόμης. Prehendere aliquem per comam, comâ tenus, vel comà. Πηλείωνα, acc. ſ. à Πηλείων. 186.

198. Οἴῳ, ſoli, d. ſ. ab οἶ☉, ſolus. Φαινομένη, apparens, particip. præſ. fœm. verb. φαίνομαι, appareo : à φαίνω, apparere facio, à φάω. Τῶν ἄλλων, cætero-rum, g. pl. ab ὁ ἄλλ☉. 17. Δὲ, verò. 3. Οὔτις, nullus :

nullus: ex ὀ & τὶς indefinito. Ὁρᾶτε Poët. pro ὡρᾶτε, 3. f. imperf. verb. ὁράω, ῶ, video.

199. Θάμβησεν pro ἐθάμβησε, obstupuit, 3. f. aor. 1 act. verb. θαμβέω, timeo, tremo, admiror, &c. à θάμβος, εος, τὸ, pavor, admiratio, stupor. Δ' pro δὲ, autem. 3. Ἀχιλεύς. 1. Μετὰ hîc adverbialiter sumitur, postea. 48. Alii putant per tmesin pertinere ad ἐτράπετο, ut sit μετετράπετο, conversus est, 3. f. aor. 2. m. verb. μετατρέπω, converto. Simplex est τρέπω, verto. F. τρέψω. Αὐτίκα protinus, statim. 118. Δ' pro δὲ, que. 3. Ἔγνω, cognovit, 3. f. aor. 2. act. verb. γινώσκω, cognosco, agnosco, censeo, statuo. F. γνώσω. P. ἔγνωκα. Aor. 2. ἔγνων, ως, ω.

200. Παλλάδ' pro Παλλάδα, Palladem, acc. f. à Πάλλας, Pallas Minervæ epitheton. Fit ab ἀπὸ τοῦ πάλλειν τὸ δόρυ, à vibrando hastam, quia belli dea est. Ἀθηναίην, Minervam, ab Ἀθηναίη. 192. Δεινὼ, terribiles, n. d. à δεινὸς, terribilis, vehemens, & in bonum partem Augustus, reverendus. 49. Δὲ, veró. 3. Οἱ, ei, ipsi. 72. Ὄσσε, oculi. 104. Φάανθεν Poët. addito α, pro φάνθεν, quod iterum Poët. dicitur pro Æol. ἔφανθεν pro communi ἐφάνθησαν, 3. pl. aor. 1. pass. verb. φαίνω, ostendo, appareo.

201. Καί μιν, & ipsam. 7. 29. Φωνήσας, vocem edens, vel voce editâ, particip. aor. 1. act. verb. φωνέω, voco, dico, vocem edo: à φωνὴ, ἡ, vox, quod dicitur quasi φῶς τοῦ νοῦ, lux mentis: vel fit ex φάω, dico. Ἔπεα acc. pl. ab ἔπος, verbum, imperium, mandatum: ab ἔπω. Πτερόεντα, acc. pl. n. g. à πτερόεις, alatus, volucris. ὁ fœm. πτερόεσσα, neutr. πτερόεν, Nota. Adjectiv hoc tribuitur nonnunquam sagittis, seu quòd pennatæ sint, seu quòd celeriter ferantur modo avium; aliquando tribuitur verbis, ut hîc, quòd emissa ex ore revocari nequeant, à πτερὸν, ου, τὸ, ala, per syncop. pro πετερὸν, quod fit à πέτομαι & πετάομαι & syncop. πτάομαι, volo, as, are. Προσηύδα, 3. f. imperf. ind. verb. προσαυδάω, alloquor, compello, saluto. Hinc. προσαυδᾶν τινα πτερόεντ' ἔπεα, pro κατὰ τὰ πτερόεντ' ἔπεα. Alloqui vel compellare aliquem verbis allatis, vel subitis.

Τίπτ' αὖθ' Αἰγιόχοιο Διὸς τέκος εἰλήλουθας;
Ἦ ἵνα ὕβριν ἴδῃ Ἀγαμέμνονος Ἀτρείδαο;
Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, τὸ δὲ καὶ τελέεσθαι ὀΐω,
Ἧς ὑπεροπλίῃσι τάχ' ἄν ποτε θυμὸν ὀλέσσῃ.
Τὸν δ' αὖτε προσέειπε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
Ἦλθον ἐγὼ παύσουσα τὸ σὸν μένος, αἴ κε πίθηαι,
Οὐρανόθεν, πρὸ δέ μ' ἧκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
Ἄμφω ὁμῶς θυμῷ φιλέουσά τε κηδομένη τε.
Ἀλλ' ἄγε, λῆγ' ἔριδος, μηδὲ ξίφος ἕλκεο χειρί.
Ἀλλ' ἤτοι ἔπεσιν μὲν ὀνείδισον, ὡς ἔσεταί περ.
Ὧδε γὰρ ἐξερέω, τὸ δὲ καὶ τετελεσμένον ἔσται.
Καί ποτέ τοι τρὶς τόσσα παρέσσεται ἀγλαὰ δῶρα,
Ὕβριος εἵνεκα τῆσδε, σὺ δ' ἴσχεο, πείθεο δ' ἡμῖν.

Quid tandem huc Ægida gerentis Jovis filia venisti?
Anne, ut contumeliam videas Agamemnonis Atridæ?
Sed tibi edicam, quod etiam perfectum iri puto,
Suâ insolentiâ brevi utique animam perdet.
Hunc vicissim allocuta est dea glaucis oculis Minerva.
Veni ego sedatura tuam iram, si modo obedias,
E cœlo, præmisit a. me de candida ulnis Juno.
Ambos pariter animo amánsque curánsque. [manu:
Quare age, fac finem contentionis, neque gladium trahe
Sed profectò verbis quidem *ipsum* increpa, ut etiam fiet.
Sic enim edicam, quod & perfectum erit.
Aliquando tibi vel ter tot aderunt splendida dona, [bis.
Contumeliæ gratiâ hujus, tu igitur cessa, obedi autem no-

202. Τίπτ' pro τίπτε, & hoc pro τίποτε, quid tandem. Ἐκ τί interrog. & ποτέ. Αὖθ' pro αὖθι per syncop. pro αὐτόθι, huc. Αἰγιόχοιο, Ion. pro Αἰγιόχου, ab Αἰγίοχος, qui habet scutum ex pelle caprina confectum: Epithetum Jovis, qui capræ Amaltheæ, à qua nutritus erat, pellem pro scuto, vel imaginem scuto insculptam, gerebat. Fabula ita se habet. Vesta Saturnum & Titanum genuit. Titanus, ut natu grandior, regnare voluit, quod Cereri & Opi sororibus eorum non placuit, eò quòd deformior Titanus esset. Saturno itaque nolente regno cedere, Titanus cessit, sed ita cum Saturno pa-
ctus,

ctus, ut quam ipse masculam prolem susciperet, eam occideret. Sperabat n. mortuo Saturno regnum ad suos liberos iri devolutum. Postea de Rhea Saturni uxore nati Jupiter & Juno. Saturnus Junonem ali permittit, Jovem a. devorandum sibi expetit. Rhea pro Jove saxum patri obtulit edendum, interim ad Themidem, quæ in Creta erat, Jovem educandum clàm mittit. Themidi in Ida monte capra erat nomine Amalthea, cujus uberibus Themis Jovem admovit. Is postquam adolevisset, in gratiam capræ altricis, jussit sibi scutum à Vulcano fabrefieri, in quo Amaltheæ imago insculpta fuerat, vel aut alii volunt, scutum sibi ex pelle caprina confecit. Unde factum est, ut Jupiter Ægiochus dicatur. Dicitur a. ab αἰγὶς, ἡ, pellis caprina, ab αἶξ, ἡ, capra, & ἔχω, habeo, Διὸς, Jovis. 5. Τέκος, εος, τὸ, partus, filius, vel filia, ut hic: ab aor. 2. Ἔτεκον, verb. τίκτω, pario, ab inusit. τέκω. Εἰλήλυθας Poët. pro ἐλέλυθας Attic. pro ἤλυθας, venisti, 2. s. perf. med. verb. ἔρχομαι. 12.

203. Ἦ, an, vel anne. 27. Ἵνα, idem hîc est, quod ὅπως, ὄφρα, ut: alibi nonnunquam significat *ubi, quo, illic, ubicunque, &c.* Construitur cum indicativo, optativ. & subjunctiv. Ὕβριν ab ὕβρις, ιος, ἡ, contumelia, injuria. Ἴδῃ, videas, 2. s. aor. 2. act. mod. subj. verb. εἴδω. Aor. 2. εἶδον, & Poët. ἴδον. Hinc. Ἰδεῖν τινὸς ὕβριν. Videre alicujus, vel ab aliquo illatam injuriam. Ἀγαμέμνονος, Agamemnonis. 90. Ἀτρείδαο Æol. pro Ἀτρείδου, ab Ἀτρείδης. 7.

204. Ἀλλ', sed. 24. Ἐκ per tmesin sejungitur ab ἐρέω metri gratiâ, ut sit ἐξερέω, edico vel edicam, vel dico dicam. 62. Τὸ ὅ, idem est, quod ὅπερ, quod, Artic. præpositiv. n. g. pro postpositivo. Δὲ hic explet. 3. Καὶ, etiam. 7. Τετελέσθαι infin. perf. pass. pro τελεσθήσεσθαι perfectum iri futur. passiv. verb. τελέω. Nota. In re certissima utimur sæpe præteritis pro futuris. Ὀΐω per diæresin pro οἴω, puto.

205. Ἧς Ion. pro αἷς, d. pl. fœm. pronom. ὅς, suus. 72. Ὑπεροπλίῃσι Ion. pro ὑπεροπλίαις, d. pl. ab ὑπεροπλία, ας, ἡ, superbia, insolentia: ab adjectivo ὑπέροπλος, ὁ, ἡ, qui in armis se omnia posse putat, ideóque superbus

superbus: ab ὑπὲρ & ὅπλον, τὸ, arma. Τάχ' pro τάχα brevi, cito, confestim: item, velociter, forte, &c. Fit ex τάχεα per syncop. neutr. plural. τῦ ταχὺς, celer, velox. Ἂν potentiale est. Ποτὲ, utique, tandem. 40. Ὀλέσσῃ Poët. gemin. σ pro ὀλέσῃ, 3. s. aor. 1. act. verb. ὀλλύω, vel ὄλλυμι, perdo.

206. Τὸν pro τῦτον. 9. Δ', autem. 3. Αὖτε, rursus. 27. Προσέειπε Poët. pro προσεῖπε· ex πρὸς & εἶπε, ab ἔπω. Hinc προσειπεῖν τινα. Alloqui aliquem. Θεὰ, dea. 1. Γλαυκῶπις, glaucis, ceruleis vel cæsiis oculis prædita, fœm. generis epithetum à γλαυκώπης, idem quod γλαυκώψ, ὁ, qui cæsios habet oculos: à γλαυκὸς, ὁ, ceruleus, cæsius, & ὤψ, ὁ, vultus, oculus. Ἀθήνη. 192.

207. Ἦλθον ἐγὼ, veni ego. 12. Παύσουσα, sedatura, fœm. genus particip. futur. verbi παύω, sedo. 190. Τεὸν Dor. pro σὸν, acc. s. n. g. pron. possessiv. σὸς, tuus. Μένος, iram, à μένος, εος, τὸ, ira. Αἴκε Dor. pro ἐὰν κε. 66. Πίθηαι Ion. pro πίθῃ αι per paragog. addito, 2. s. subj. aor. 2. m. verb. πείθω. 33.

208. Οὐρανόθεν, è cœlo. 192. Πρὸ per tmesin sejungitur ab ἧκε, ut fit προῆκε ibid. Δὲ hîc explet. 3. Μ' pro μὲ ab ἐγώ. Θεά. 1. Λευκώλενος, &c. 55.

209. Ἄμφω, &c. totum hunc versum vide 194.

210. Ἀλλ' ἄγε, sed age. 62. Λῆγ' pro λῆγε, imperativ. verb. λήγω, desino, cesso, cessare facio, finem facio, item remitto. Ἔριδος, g. s. ab ἔρις, ἡ. 8. Μηδὲ, neque: ex μὴ & δέ. Ξίφος, gladium. 192. Ἕλκεο, Ion. pro ἕλκε, trahe, imperat. med. verb. ἕλκω. 192. Χειρὶ, manu, d. s. à χεὶρ, ἡ, manus. 14.

211. Ἀλλ', sed 24. Ἤτοι, profectò. 68. Ἔπεσιν, verbis. 77. Μὲν, quidem. 18. Ὀνείδισον, convitiare, imperat. aor. 1. act. verb. ὀνειδίζω, convitior, ab ὄνειδος, convitium, opprobrium. Eustathius exponit ὄνοσις, innuens se derivare ab ὄνεσθαι significante μέμφεσθαι. Ὡς ad, quod per tmesin sejunctum pertinet περ, ut sit ὥσπερ, ut. Ἔσεται, fiet, 3. s. fut. verbi εἰμί.

212. Ὧδε, adverb. sic, hoc modo. Γὰρ, enim. Ἐξερέω, edicam. 202. Τὸ δέ. ibid. Καὶ, etiam. 7. Τε-

τελεσμένον, perfectum particip. perf. passiv. n. g. à verb. τελέομαι, perficior, consumor: à τελέω, perficio. 5. Ἔσαι per syncop. pro ἔσεται, erit, 3. s. fut. verb. εἰμί.

213. Καί ποτέ τοι, aliquando tibi vel. 7. 40. Τρὶς, ter, adverb. τόσσα Poët. pro τόσα, tot, n. pl. n. g. adject. τόσος. Παρέσσεται, Poët. pro παρέσεται, 3. s. fut. 1. pro 3. plurali παρέσονται, aderunt: ab εἰμί. 53. Ἀγλαά. 23. Δῶρα, n. pl. à δῶρον, τὸ, donum, munus.

214. Ὕβρειος, g. s. ab ὕβρις. 201. Εἵνεκα Poët. pro ἕνεκα. 94. Τῆσδε, hujus vel hujusce, g. s. fœm. artic. præposit. pro pronom. demonstrativ. positi. Δὲ hîc est adjectio syllabica. Σὺ, tu. Δ' pro δὴ, igitur. 3. Ἴσχεο Ion. pro ἴσχου, impetum reprime, imper. præs. m. verb. ἴσχομαι, ab ἴσχω, habeo, retineo, coërceo, prohibeo, impetum reprimo, ut hîc πείθεο Ion. pro πείθου, imper. præs. pass. verb. πείθομαι. 33. Δ' pro δὲ, autem. 3 Ἡμῖν, nobis, d. pl. ab ἐγώ.

Τὴν δ' ἀπαμειβόμενος προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεὺς,
Χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε θεὰ ἔπος εἰρύσασθαι,
Καὶ μάλα περ θυμῷ κεχολωμένον· ὡς γὰρ ἄμεινον·
Ὅς κε θεοῖς ἐπιπείθηται, μάλα τ' ἔκλυον αὐτοῦ.
Ἦ καὶ ἐπ' ἀργυρέῃ κώπῃ σχέθε χεῖρα βαρεῖαν·
Ἂψ δ' ἐς κουλεὸν ὦσε μέγα ξίφος, οὐδ' ἀπίθησε
Μύθῳ Ἀθηναίης· ἡ δ' Οὔλυμπόνδε βεβήκει,
Δώματ' ἐς Αἰγιόχοιο Διὸς, μετὰ δαίμονας ἄλλους.

Hunc a. respondens allocutus est pedibus celer Achilles.
Oportet quidem vestrum dea verbum custodire, vel *consilium sequi*
Me vel valde animo iratum. Sic n. *est* melius.
Qui diis obtemperat, *ipsi* quoque valde exaudiunt eum.
Dixit & super argenteo capulo continuit manum gravem.
Retrò verò in vaginam impulit magnum gladium, neque inobsequens fuit.
Consilio Minervæ : ipsa verò in cœlum ascendit,
In domos Ægidem gerentis Jovis, ad cæteros deos.

215. Τὴν δ', &c. Vide hæc omnia. 84.
216. Χρὴ, impersonale, oportet. Imperf. Ἔχρῆν &

& χρῆν, oportebat. Infin. χρῆναι pro quo etiam χρῆν dicitur. Μὲν, quidem. 18. Σφωίτερον acc. ſ. n. g. pronom. poſſeſſ. σφωίτερος, veſter, à σφωὲ. 8. Γε eſt adjectio ſyllabica. 60. Θεὰ, dea. 1. Ἔπος, verbum, vel conſilium, mandatum. 77. Εἰρύσασθαι, Poët. metri causâ ι interpoſito pro ἐρύσασθαι, obſervare, cuſtodire, aor. 1. m. verb. ἐρύω. 140.

217. Καὶ per tmeſin ſejunctum cum περ jungendum eſt, ut ſit καίπερ, vel, etſi, quamvis, licet. 81. Μάλα, valde, 85. Θυμῷ, animo, dat. ſ. à θυμός. 24. Κεχολωμένον, iratum, ac. ſ. particip. perf. paſſiv. κεχολωμένος, iratus, à χολόομαι. 9. Ὡς, ſic. 33. adverb. Γὰρ, enim. 9. Ἄμεινον ſubaudi ἐστὶ, melius *eſt*. 116.

218. Ὅς, qui. 2. Κὲ pro ἂν. 60. Θεοῖς à θεός. 8. Ἐπιπείθηται, 3. ſ. ſubj. paſſ. præſ. verb. ἐπιπείθομαι, pareo, obedio: ex ἐπὶ & πείθομαι. 33. Μάλα, valde. 85. Τὲ explet. 5. Ἔκλυον, exaudiunt, 3. pl. imperf. indic. verb. κλύω. Imperfectum pro præſenti ponitur. Αὐτοῦ, g. ſ. ab αὐτός. 4.

219. Ἦ, per aphæreſin pro φῆ, quod Poët. dicitur pro ἔφη, dixit, 3. ſ. aor. 2. verb. φημί, dico, aio. Καὶ, &. 7. Ἐπ' pro ἐπὶ, ſuper. 160. Ἀργυρέῃ, d. ſ. f. adject. ἀργύρεος, ους. 49. Κώπῃ, d. ſ. à κώπη, ἡ, capulus, manubrium, & propriè *remus:* à κόπτω, ſcindo, ferio: quia remus aquam ferit ac quaſi ſcindit. Σχέθε Poët. pro ἔχετε, 3. ſ. imperf. verb. σχέθω, habeo, teneo, reprimo, &c. Tempora ſumit à σχέω, idem, ab ἔχω. Χεῖρα βαρεῖαν. 89.

220. Ἂψ, retró. 60. Δ' pro δὲ, autem. 3. Ἐς, in. 100. Κουλεὸν Poët. pro κολεὸν, à κουλεός, οῦ, ὁ, vagina. 192. Ὦσε, impulit, 3. ſ. aor. 1. act. verb. ὠθέω, ῶ, trudo, pello, impello. Fut. ὠθήσω & ὤσω, tanquam ab ὤθω· hinc aor. 1. act. ὦσα, ας, ε. Perf. ὦσμαι. Att. ἔωσμαι. Hinc. Ὠθεῖν τὸ ξίφος εἰς τὸ κολεόν. Repellere, retrudere, vel reducere gladium in vaginam. Μέγα ξίφος. 192. Οὐδ' pro οὐδὲ, neque. Ἀπίθησε Poët. pro ἠπείθησε, inobſequens fuit, 3. ſ. aor. 1. verb. ἀπειθέω, non obtempero, morem non gero, imperium detrecto, &c. Scribitur Poët. ἀπιθέω, ῶ. Fit ex α priv. & πείθω.

M 2 Hinc.

Hinc. ἀπειθεῖν τινι. Non obtemperare vel obsequi alicui.

221. Μύθῳ, consilio, d. s. à μῦθος. 33. Ἀθηναίης, Minervæ, ab Ἀθηναίη. 192. Ἡ, pro αὐτὴ, ipsa. 9. Δ' pro δὲ, vero. 3. Οὔλυμπόν δὲ pro εἰς ὄλυμπον, vel ὄλυμπον. 44. 3. 54. Βεβήκει, ascendit, ivit, 3. s. perf. pass. verb. βαίνω. 44.

222. Δώματ' ἐς pro ἐς δώματα, in domos. 100. 18. Αἰγιόχοιο Ion. pro Αἰγιόχου. 200. Διὸς, Jovis. 5. Μετὰ, ad. Nota. μετὰ cum accusativo variis redditur modis, ut, *ad*, ut hic, *post*, *in*, *adversùs*, *&c.* Δαίμονας, deos, acc. pl. à Δαίμων, ὁ, ἡ, deus, numen, fortuna. Quasi δαήμων, sciens & peritus artifex: à δαίω, scio. Nam dæmonibus antiquitas humanarum artium inventionem, tribuit, inquit Constant. Ἄλλους, cæteros, ab ἄλλος. 17.

Πηλείδης δ' ἐξαῦτις ἀταρτηροῖς ἐπέεσιν
Ἀτρείδην προσέειπε, καὶ οὔπω λῆγε χόλοιο·
Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο,
Οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον ἅμα λαῷ θωρηχθῆναι,
Οὔτε λόχονδ' ἰέναι σὺν ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν
Τέτληκας θυμῷ· τὸ δέ τοι κὴρ εἴδεται εἶναι.
Ἦ πολὺ λώϊόν ἐστι κατὰ στρατὸν εὐρὺν Ἀχαιῶν
Δῶρ' ἀποαιρεῖσθαι, ὅς τις σέθεν ἀντίον εἴπῃ.
Δημοβόρος βασιλεὺς, ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις.
Ἦ γὰρ ἂν, Ἀτρείδη, νῦν ὕστατα λωβήσαιο.
Ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι,
Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα, καὶ ὄζους
Φύσει, ἐπειδὴ πρῶτα τομὴν ἐν ὄρεσσι λέλοιπεν,
Οὐδ' ἀναθηλήσει· περὶ γάρ ῥά ἑ χαλκὸς ἔλεψε
Φύλλα τε καὶ φλοιόν· νῦν αὖτέ μιν υἷες Ἀχαιῶν
Ἐν παλάμης φορέουσι δικασπόλοι, οἵ τε θέμιστας
Πρὸς Διὸς εἰρύαται, ὁ δέ τοι μέγας ἔσσεται ὅρκος.
Ἦ ποτ' Ἀχιλλῆος ποθὴ ἵξεται υἷας Ἀχαιῶν
Ξύμπαντας, τοῖς δ' οὔτι δυνήσεαι ἀχνύμενός περ
Χραισμεῖν, εὖτ' ἂν πολλοὶ ὑφ' Ἕκτορος ἀνδροφόνοιο
Θνήσκοντες πίπτωσι· σὺ δ' ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις
Χωόμενος, ὅτ' ἄριστον Ἀχαιῶν οὐδὲν ἔτισας.

Pelides verò iterùm acerbis verbis
Agamemnonem allocutus eſt, & nondum iram poſuerat,
Vino gravate, canis oculos habens, cor verò cervi,
Neque unquam ad prælium cum exercitu armari,
Neque ad inſidias *hoſti ſtruendas* venire cum principibus Græcorum,
Auſus es animo: hoc enim tibi mors videtur eſſe.
Profectò multò ſatius eſt in amplis caſtris Græcorum
Dona *ei* adimere, quicunque contra te dixerit.
Populi devorator rex: nam ignavis imperas: [tumeliam.
Certè enim Atrida nunc poſtremam intuliſſes iſtam con-
Sed tibi edicam,& magnum præterea jusjurandum jurabo,
Certè per hoc ſceptrum, quod quidem nunquam folia & ramos [reliquit,
Producet, ex quo ſemel ſtirpem reſectam in montibus
Neque revireſcet: ferrum n. undique illud delibravit
Foliáque & corticem: nunc v. ipſi filii Achivorum
In manibus geſtant judices, quique leges [jurandum.
A Jove *traditas* cuſtodiunt, hoc v. tibi magnum erit juſ-
Profectò aliquando Achil. deſiderium invadet filios Græc.
Univerſos: illis v. tu nihil poteris, quamvis mœrens,
Prodeſſe, cùm multi ſub Hectore homicida
Morientes cadent, tu verò interius animum lacerabis
Iratus, quòd fortiſſimum Græcorum nihil honoràſti.

223. Πηλείδης δ', Pelides veró. 1. 3. Ἐξαῦτις, ab ἐξ & αὖτις, idem. 27. Præpoſitio apud Græcos, ut apud Latinos ſæpe abundat, ut hîc. Ἀταρτηροῖς, d. pl. ab ἀταρτηρὸς, ὁ, ἡ, contumax, contumelioſus, acerbus, pleonaſmo ſyllabæ ταρ pro ἀτηρὸς, idem: item, *inſuperabilis, intractabilis.* Fit ab ἄτη, damnum, noxa. Ἐπέεσσιν, poët. geminat. ε & σ, pro ἔπεσιν ab ἔπος. 77.

224. Ἀτρείδην προσέειπε. 7. 105. Καὶ, nam. 7. Οὔπω, nondum ex οὐ, non & πὼ particula enclitica. 106. Λῆγε poët. pro ἔληγε, 3. ſ. imperf. verb. λήγω. 208. Hinc. λήγειν χόλου. Deponere iram: deſinere iraſci, &c. Χόλοιο Ion. pro χόλου, à χόλος, ira, bilis.

225. Οἰνοβαρὲς, v. i. ab οἰνοβαρὴς, ὁ, ἡ, vino gravis, vel gravatus, ebrius: ab οἶνος, vinum, ab ὀνέω, juvo:

& βαρὺς, ὁ, gravis. Κυνὸς, canis, à κύων. 4. Ὄμματ' pro ὄμματα, oculos, acc. pl. ab ὄμμα, τὸ, oculus : item aſpectus, facies : ab ὦμμαι 1. ſing. perf. paſſ. verb. ὄπτομαι, pro quo in uſu eſt ὁράω, video. Ἔχων, habens, particip. præſ. ab ἔχω. Κραδίην Ion. pro καρδίαν, acc. ſ. à κραδία per metatheſin pro καρδία, ἡ, cor, à κέαρ, τὸ, cor: vel ut quidam volunt, κραδία fit à κραδαίνω, tremore commoveo, quòd cor perpetuò palpitet. Δ'. 3. Ἐλάφοιο Ion. pro ἐλάφου, ab ἔλαφος, ὁ, cervus. Nota. Dicimus eum cor habere cervi, qui meticuloſus eſt & ignavus, quíque fugà potiùs, quàm dimicatione cum hoſte agit.

226. Οὔτε, neque ex οὐ & τέ. Ποτ' pro ποτὲ, unquam. Ἐς, ad. 100. Πόλεμον, prælium, à πόλεμος. 61. Ἅμα eſt adverb. tempor. ſignificans, unà cum, ſimul cum, ſtatim, eodem tempore, interea, ubi primum, protinus. Conſtruitur cum dativ. ut hìc. Λαῷ, d. ſ. à λαὸς, populus, item *exercitus*. 10. Θωρηχθῆναι armari, aor. 1. paſſ. infin. verb. θωρήσσω, armo, induo thoracem : à θώραξ, ὁ, thorax, lorica, veſtis, quà tegitur pectus : pars pro toto.

227. Οὔτε. neque. Λόχονδε, ad inſidias *ſcil. hoſti ſtruendas* : ex accuſat. λόχον, à λόχος, ου, ὁ, inſidiæ, item alibi ágmen, cohors : à λέχω, cubare facio : & δε pro εἰς. 3. 54. Ἰέναι, ire, infin. verb. εἶμι, eo. Σὺν, cum. 170. Ἀριστήεσσιν Ion. pro Ἀριστεῦσιν, Poët. pro Ἀριστεῦσι. d. pl. ab Ἀριστεὺς, ὁ, Princeps, omnium fortiſſimus, qui primarius eſt inter alios, ab ἄριστος. 69. Ἀχαιῶν ab Ἀχαιός. 2.

228. Τέτληκας, auſus es, 2. ſ. perf. verb. τλάω, ſuffero, tolero, ſuſtineo, audeo. Fit per ſyncop. à ταλάω, idem : hinc venit τάλας, miſer, quia multa perfert, ex quo per metatheſin fit Ἄτλας, qui cœlum humeris ſuſtinet. Θυμῷ, d. ſ. à θυμός. 24. Τὸ pro τοῦτο, hoc. 9. Δὲ, vero. 3. Τοι Dor. pro σοὶ, à σὺ, tu. Κὴρ, ἡ, fatum, plerumque in malam partem accipitur, *mors, fatalis calamitas* : à κύρω, conſequor. Εἴδεται, 3. ſ. ab εἴδομαι, videor, appareo, ab εἴδω, video, &c. Εἶναι ab εἰμι.

229.

229. Ἦ, certè. 77. Πολὺ, multò, adverb. à πολύς. 3. Λώϊον, τὸ, melius. Compar. n. g. adject. ἀγαθὸς, bonus. Superl. λώϊςος contract. λῶςος. Fit à θέλω & Dor. λῶ, vel λάω, quasi id, quod magis volumus. Ἐςὶ, est, ab εἰμί. Κατὰ, in. 136. Στρατὸν, acc. s. à ςρατός. 10. Εὐρὺν, acc. s. ab εὐρὺς, ὁ, latus, amplus, &c. fœm. εὐρεῖα. neut. εὐρύ. Ἀχαιῶν, ab Ἀχαιός. 2.

230. Δῶρ' pro δῶρα, ac. pl. à δῶρον, τὸ, donum. Ἀποαιρεῖσθαι Ion. pro ἀφαιρεῖσθαι, Iones n. synæresin non servant. Est a. infin. præs. verb. ἀφαιρέομαι, ab act. ἀφαιρέω, aufero, rapio, eripio, &c. Ὅςις, qui, vel quicunque: ex ὃς & τὶς indefinito. Σέθεν Poët. pro σοῦ, à σύ. Ἀντίον, ex adverso, contra, adverb. ab adjectiv. ἀντίος, adversus, ex adverso stans, quod fit ex ἀντὶ præpositione. Εἴπῃ, dixerit, 3. s. aor. 2. subj. verb. ἔπω.

231. Δημοβόρος, ὁ, populi devorator, vel populum devorans, qui bona populi devorat: à δῆμος, populus, & βορὰ, pabulum, esca, cibus propriè brutorum: à βόω vel βόσκω, pasco. Vel δημοβόρος dicitur quasi ὁ τ̀ δῆμον βοράζων, &c. Βασιλεὺς subaudi εἶ, es. 9. Ἐπεὶ, quoniam, nam. 57. Οὐτιδανοῖσιν Ion. pro οὐτιδανοῖς, d. pl. ab οὐτιδανὸς, ὁ, homo nullius pretii: ab οὔτις, ὁ ϗ ἡ, nullus, reliquis literis ad euphoniam interjectis. Ἀνάσσεις. 37.

232. Ἦ, certè. 77. Γάρ. 9. Ἂν particul. potent. Ἀτρείδη, v. s. ab Ἀτρείδης 7. Νῦν. 27. Ὕςατα, postremò. vid. τὰ πρῶτα. 6. Est adverb. superlativ. grad. cujus comparativ. est ὕςερον, absque positivo. Λωβήσαιο, 2. s. aor. 1. m. opt. verb. λωβάομαι, ῶμαι, injuriam infero, contumeliâ afficio: à λώβη, ἡ, contumelia, injuria, quod dicitur secundùm Eustath. quasi λαόβη, à λαὸς & βαίνω, ut sit ἡ εἰς τ̀ φανερὸν ὕβρις, injuria vel contumelia palam illata.

233. Ἀλλ' ἐκ τοι ἐρέω. 203. Καὶ. 7. Ἐπὶ conjungendum est cum ὀμοῦμαι, ut sit ἐπομοῦμαι, jurabo, f. 2. m. verb. ὄμνυμι, juro, cujus fut. 1. act. est ὀμώσω ab ὀμόω. 76. Μέγαν à μέγας, magnus. 78. Ὅρκον ab ὅρκος, ου, ὁ, juramentum jusjurandum: ab εἴργω, coërceo.

234. Ναὶ, certè, ita, etiam, næ. Adverb. affirmand.

&

& concedendi. Μὰ, per. 86. Τὸ δὲ pro τῦτο, hoc. 9. Σκῆπτρον. 15. Τὸ μὲν, pro ὅπερ quod ponitur. 9. 18. Nota. Interdum articulus præpositivus in eadem oratione ita repetitur, ut priore loco vim habeat pronom. demonstrativi, posteriori verò relativi, ut hîc, vel vice versâ. Οὔποτε, nunquam: ex ὂ & ποτέ. Φύλλα, ac. pl. à φύλλον, ου, τὸ, folium, à φύω, produco, nascor, vel secundùm Eustath. à φυσᾶν & λαλαγεῖν, resonare, διὰ τὸ ἐν τῷ φυσᾶσθαι λαλαγεῖν. Καὶ, &. Ὄζους, ac. pl. ab ὄζος, ου, ὁ, ramus, nodus arboris. Metaphor. homo bellicosus dicitur ὄζος Ἄρηος, quasi ramus à Martis stirpe prognatus.

235. Φύσει, 3. f. fut. 1. act. verb. φύω, gigno, produco, edo, pario, item nascor. F. φύσω. P. πέφυκα, quod aliquando significat adhæreo, ut vers. 511. Hinc. φύειν τὰ φύλλα καὶ ὄζους: Producere folia & ramos. Ἐπειδὴ, postquam, posteaquam, ex quo: ex ἐπεὶ, si & δή. Πρῶτα, primùm, semel. 6. Τομὴν, stirpem resectam, à τομὴ, ῆς, ἡ, sectio, stirpis amputatio, vel stirps resecta, ut hic. Fit à τέτομα perf. m. verb. τέμνω, scindo. Ἐν, in. 14. Ὄρεσσι poët. pro ὄρεσι, d. pl. ab ὄρος, εος, τὸ, mons. Λέλοιπεν, reliquit, 3. f. perf. med. verb. λείπω, relinquo. F. λείψω. Aor. 2. ἔλιπον. P. m. λέλοιπα, ας, ε.

236. Οὐδ' pro οὐδὲ, neque. Ἀναθηλήσει, revirescet, 3. f. fut. 1. verb. ἀναθηλέω poët. pro ἀναθαλέω, repullulo, regermino, reviresco, renascor: ab ἀναθάλλω, idem: ex ἀνὰ & θάλλω, vireo, pullulo. Περὶ per tmesin pertinet ad ἔλεψε, ut fit περιέλεψε, undique libravit, decorticavit, circum circa nudavit, 3. f. aor. 1. act. verb. περιλέπω, undique libro, delibro, decortico, desquamo. F. περιλέψω. Aor. 1. περιέλεψα. Γὰρ, enim. 9. Ῥά. 8. Ἑ, pro αὐτὸ, ipsum, illud, acc. f. pronom. ἓ. Χαλκὸς, ῦς, ὁ, æs, ferrum, per metonymiam quicquid ex ære vel ferro conficitur.

237. 233. 5. 7. Φλοιὸν, à φλοιὸς, ῦ, ὁ, cortex: à φλέω, fœcundus sum, abundo. 27. Αὖτε pro δὲ, autem. 27. Μὶν, ipsum. 29. cætera vide. 162.

238. 4. Παλάμης Ion. pro παλάμαις, d. pl. à παλάμη, ἡ, palma, manus: à πάλλω, vibro. Φορέουσι, à φορέω,

ρέω, propriè fero veftem aliquam, fed generaliter gefto vel gero quocunque modo: fit à φέρω. Δικασπόλοι à δικασπόλος, ου, ὁ, judex, qui verfatur circa jus: interdum idem eft quod rex: à δίκη, jus, caufa, accufatio, mulcta, & πολέω, verfor. Ὅιτε, quique. 2. 5. Θέμιστας, leges, à θέμις, ιστος, & ιστος, ἡ, lex: à τίθημι, pono. Sunt n. θέμιστες νόμοι τιθέντες, pofitæ & conftitutæ leges.

239. Πρὸς Διὸς, à Jove (*fcil. traditas.*) Nota. πρὸς cum genitiv. variè redditur, ut; *ab*, ut hic *è*, *ex*, *de*, *coram*, *contra*, *per*, *cum*, *&c*. 5. Εἰρύαται Ion. pro εἴρυνται, mutato ν in α, cuftodiunt, 3. pl. indic. perf. paffiv. verb. εἰρύω. 140. Ὁ δ', pro ἔπος δ', iftud veró. 9. 3. Τοὶ Dor. pro σοὶ, tibi. Μέγας, magnum. fcil. jusjurandum. 78. Ἔσσεται poët. pro ἔσεται, erit ab εἰμί. 232.

240. Ἦ, certé. 77. Ποτ' pro ποτὲ, aliquando. 40. Ἀχιλλῆος Ion. pro Ἀχιλλέος. 1. Ποθὴ, ἡ, defiderium, amor, cupido, affectus. Dicitur πόθος, idem. Fit à πέποιθα perf. m. verbi πείθω, perfvadeo; perfvadet n. defiderium homini, ut id defideret, quod defiderat, inquit Etymolog Ἵξεται, invadet, 3. f. f. 1. verb. ἱκνέομαι ab ἵκομαι. 19. cæter. vid. 162.

241. Ξύμπαντας Attic. pro σύμπαντας, univerfos, à σύμπας, omnis, univerfus: ex σὺν & πᾶς. 5. Τοῖς pro ἐκείνοις, ill s. 9. Οὔτι, nihil, non, nequaquam: ex οὐ, & τὶ indefin. Δυνήσεαι Ion pro δυνήσῃ, 2. f. f. 1. m. verb. δύναμαι, poffum. Ἀχνύμενός περ, dolens vel mœrens quamvis. 102. 130.

242. Χραισμεῖν, infin. verb. χραισμέω, profum. 28. Εὖτ' pro εὖτε, pro quo Poëtæ dicunt ἦντε, idem quod ὅτε, quando, quum. Ἂν partic. potential. conftruitur cum πίπτωσι. Πολλοὶ, multi. 3. Ὑφ' per apoftroph. pro ὑπό. Nota. ὑπὸ cum genitivo conftructa variè redditur, ut; *fub*, *ab*, *ex*, *per*, *præ*, *pro* μετά. Ἕκτορος, g. f. ab Ἕκτωρ, ὁ, Hector Priami regis ex Hecuba uxore filius, Trojanorum omnium fortiffimus ab Achille interfectus: dictus eft (ut Plato fcribit) ἀπὸ τοῦ ἔχειν τὴν πόλιν, quòd urbem contra impetum hoftium tenuerit, patriámque fervarit. Eo namque fofpite Troja nunquam potuit expugnari. Solus Græcos, quemadmodum A-

chilles Trojanos solus fugabat: è quibus Protesilaum & Patroclum aliósque permultos interfecit. Tandem ab Achille interemptus & bigis alligatus circum Patrocli sepulchrum, Trojæque muros tractus est. Cujus corpus per duodecim dies insepultum ab Achille servatum Priamus pater auro redemit, & veteri more honorificentissimè cremavit. Ἀνδροφόνοιο Ion. pro ἀνδροφόνου ab ἀνδροφόνος, ὁ, ἡ, homicida, viros interficiens: ab ἀνήρ, ὁ, vir. 8. & φένω, occido.

243. 56. Πίπτωσι, cadent, 3. pl. subj. præs. verb. πίπτω, cado, interficior, prosternor, profligor, &c. F. πεσοῦμαι. P. πέπτωκα. Aor. 2. ἔπεσον, à πέτω, cado, inusit. 26. 3. Ἔνδοθι poët. pro ἔνδοθεν, intus: ab ἔνδον, intus. 136. 24. Ἀμύξεις, lacerabis, 2. s. f. 1. verb. ἀμύσσω, lanio, lacero, vellico, animum exulcero metaphor. ab αἷμα, inquit, Etymologic. hinc ἀμυχή, laceratio. Hinc. Ἀμύσσειν ἔνδοθεν τὸν θυμόν. Lacerare intus animum.

244. 44. Ὅτ' pro ὅτι. 56. Ἄριστον ab ἄριστος. 69. 2. Οὐδὲν, nihil, n. genus adjectivi οὐδεὶς, ὁ, nullus, f. οὐδεμία, ἡ, nulla. Ἔτισας, honorasti, 2. s. aor. 1. act. verb. τίω, honoro.

Ὣς φάτο Πηλείδης, ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ
Χρυσείοις ἥλοισι πεπαρμένον, ἕζετο δ' αὐτός.
Ἀτρείδης δ' ἑτέρωθεν ἐμήνιε, τοῖσι δὲ Νέστωρ
Ἡδυεπὴς ἀνόρουσε λιγὺς Πυλίων ἀγορητής,
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.
Τῷ δ' ἤδη δύο μὲν γενεαὶ μερόπων ἀνθρώπων
Ἐφθίαθ', οἵ οἱ πρόσθεν ἅμα τράφεν, ἠδ' ἐγένοντο
Ἐν Πύλῳ ἠγαθέῃ, μετὰ δὲ τριτάτοισιν ἄνασσεν,
Ὅς σφιν ἐϋφρονέων ἀγορήσατο, καὶ μετέειπεν.

Sic locutus est Achilles: & Sceptrum projecit in terram,
Aureis clavis distinctum: resedit verò ipse.
Atrides verò ex altera parte irascebatur. Illis verò Nestor
Svaviloquus exsurrexit, argutus Pyliorum concionator:
Cujus etiam à lingva melle dulcior fluebat vox.
Huic v. jam duæ quidem ætates loquentium diversis lingvis hominum

Inte-

Interierant, qui cum eo priùs nutriti fuerant, & geniti
In Pylo admiranda : in tertiis (*id est inter tertiæ ætatis homines*) regnabat,
Qui ipsis bene cogitans concionatus est, & inter (eos) dixit.

245. 187. 1. Ποτὶ Dor. pro πρὸς construitur cum γαίῃ. Fit ex πρὸς ι in fine addito, σ in τ mutato, & ρ sublato. Variis cum dativo constructa redditur modis, ut; *ad, prope, juxta, in, adversùs, &c.* 15. Βάλε, poët. pro ἔβαλε, 3. s. aor. 2. verb. βάλλω, projicio. 52. Hinc. βάλλειν τὸ σκῆπτρον πρὸς γῆ. Projicere sceptrum in terram. Γαίῃ Ion. pro γαίᾳ, d. s. à γαῖα poët. ἡ, terra, unde per aphær. liter. γ fit αἶα, & in prosa γῆ, ἡ, idem, γαῖα dicitur quasi μαῖα vel ῥαῖα, quia terra semen excipit: à γῆ fit γῆρας, senectus, quia senex ad terram respicit.

246. Χρυσείοις, aureis, d. pl. à χρύσειος, ὁ, idem quod χρύσεος, aureus. 15. Ἥλοισι, clavis Ion. ἥλοις ab ἧλος, ὁ, clavus : ab ἕω, mitto, quòd immittatur iis, quæ compinguntur. Πεπαρμένον, transfixum, distinctum, variegatum, acc. s. masc. particip. perf. passiv. πεπαρμένος. à πέπαρμαι, perf. pass. verb. πείρω, transfigo, &c. F. περῶ. Aor. 1. act. ἔπειρα. passiv. ἐπάρθην. Aor. 2. act. ἔπαρον. Perf. πέπαρκα. Pass. πέπαρμαι. cæter. vid. 48. 3. 4.

247. 7. 3. Ἑτέρωθεν ex alia vel altera parte : ab ἕτερος, alter, quod ab ἕ, se. ἐμήνιε, 3. s. imperf. verbi μηνίω Attic. pro μηνίζω, irascor, à μῆνις. 1. 68. 3. Νέστωρ, ορος, ὁ, Nestor, Nerei & Chloridis filius, qui adhuc adolescens bellum gessit, etiam tum vivo patre, adversùm Epeos Peloponnesi populos, qui postea Elii dicti sunt. Ac deinde, cùm Pirithoi nuptiis interesset, adversùs centauros, qui Hippodamiam rapere conabantur, strenuè pugnavit. Postremò belli Trojani tempore senior factus quinquaginta navibus cum reliquis Græcis principibus ad Trojam venit, cùm jam tertiam hominis ætatem viveret. Ubi Græcorum rebus consilii dexteritate tantùm profuit, ut Agamemnon profiteri non dubitaret, brevi se Ilium fuisse expugnaturum, si decem sibi contigissent Nestores.

248. Ἡδυεπὴς, έος, ὁ, ἡ, ſvaviloquus, dulcè loquens: ab ἡδὺς, dulcis, & ἔπος, εος, ſermo, ab ἔπω, dico. Ἀνόρουσε Poët. pro ἀνώρουσε, 3. ſ. aor. 1. verb. ἀνορούω, exurgo, ſurrigo, impetu fero: ex ἀνὰ & ὀρούω, quod ab ὄρω, elevo, attollo, concito. Λιγὺς, ὁ, ſtridulus, aliquando in bonam partem accipitur, & ſignificat jucundus, ſonorus, facundus, argutus: à λύγγω, ſtrido, reſono, quod à ſono fictum, idem λυγαίνω· λιγυρὸς, ὁ, idem cum λιγύς. Πυλίων, g. pl. à Πύλιος, ὁ, Pylius, à Πύλος, ἡ, Pylus Oppidum Agri Meſſaniaci in tractu occidentali Peloponneſi, Neſtore alumno (qui inde Pylius eſt cognominatus) nobilitatum. Ἀγορητὴς, ȣ, ὁ, concionator, orator: ab ἀγορεύομαι. 73.

249. Τȣ pro ȣ, cujus. Articul. præpoſitiv. pro poſtpoſitiv. 26. Καὶ, etiam. 7. Ἀπὸ, á. Nota. Ἀπὸ cum genitivo conſtructa variis effertur modis, ut; *à, ab, abs, de, ex, per, abſque, ſine, poſt.* Exprimitur nonnunquam ablativo modi: interdum pro genitivo adverbium ſibi adſciſcit, ut ἀπὸ τότε, ex illo tempore. Sic ἀπὸ τηλȣ, è longinquo, quod Latini quoque *de procul*, & *de longè* dicunt. At in iſto Lucæ Evangeliſtæ ἀπὸ μακρόθεν, & Homeri ἀπ' ȣρανόθεν, pleonaſmus eſſe videtur præpoſitionis, quòd terminatio θεν in illis per ſe motum de loco ſignificet. Γλώσσης à γλῶσσα, ἡ, lingva, ſermo, ſermonis forma, & lingula tibiæ ob ſimilitudinem. Attic. dicitur γλῶττα. Μέλιτος, g. ſ. à μέλι, mel. Γλυκίων, à γλυκὺς, ὁ, ἡ, dulcis. Compar. γλυκίων, γλυκύτερος, & γλύκιων. Superl. γλυκύτατος, & γλυκίστος. Hinc. Γλεῦκος, εος, τὸ, mulſum. Ῥέεν poët. pro ἔῤῥεε vel ἔῤῥει fluebat, 3. ſ. imperf. verb. ῥέω, fluo, propriè dicitur de rebus liquidis: item *dico, loquor.* Cætera tempora ſumit à ῥεύω inuſitato. Αὐδὴ, ἡ, vox. 92.

250. Τῷ pro τȣτῳ huic, d. ſ. articul. præpoſit. 9. 3. Ἤδη, jam, item *nuper, tum:* ex ἢ & δὴ. 61. 16. 18. Γενεαὶ, ætates, à γενεὰ, ᾶς, ἡ, genus, generatio, progenies: aliquando *ſpatium ſeptem annorum,* aliquando *triginta,* aliquando *centum.* Fit à γίνομαι. Μερόπων, diverſis lingvis loquentium, g. pl. a μέροψ, ὁ, diviſam vocem habens, &c. epithetum propriè hominis: à μερίζω divido

&

& ὄψ, vox, ab ἔπω, dico: hinc homines dicuntur μέροπες, quòd articulatâ lingvâ loquantur, quod soli homini datum est inter animantia: vel quod hic aliâ, ille aliâ lingvâ & dialecto loquatur: vel à divisione vocis, quæ post Chaldæam turrim facta proditur. Sunt etiam qui θνητὸν significare dicunt. Ἀνθρώπων, hominum, ab ἄνθρωπος, ὁ, ἡ, homo: ab ἄνω, supra, ἀθρέω, aspicio, & ὤψ, vultus juxta Ovid. *Os homini sublime dedit cœlúmque tueri, &c.* Plato putat ἄνθρωπος dici quasi ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε, contemplans, quæ videt. Alii, quasi ἄνω ῥέπων, sursum vergens.

251. Ἔφθιαθ' pro ἐφθίατο Ion. pro ἔφθιντο, 3. pl. plusquam perf. passiv. facta è tertia sing. inserto α ante τ. Est à verb. φθίω, corrumpo, contabesco, consumor, pereo, intereo, à φθέω, Idem. Οἱ, qui, ab ὅς. Οἱ pro αὐτῷ. 72. Πρόσθεν, ante, priùs, & poët. πρόσθε, à πρὸ, ante. Ἅμα, unà, vel simul cum. 225. Τράφεν Ion. augmento detracto, & Bœoticâ syncope pro ἐτράφησαν, nutriti sunt, 3. pl. aor. 2. passiv. verb. τρέφω, nutrio, Fut. θρέψω, ad differentiam fut. τρέψω à τρέπω, verto. Aor. 2. ἔτραφον. Aor. 2. pass. ἐτράφην. Ἠδ' pro ἠδὲ, &, atque etiam, ex ἢ & δέ. 3. Ἐγένοντο, geniti sunt, 3. pl. aor. 2. med. verb. γίγνομαι. 49.

